



S·IOANNIS
GRISOST.
DE COMPVN
CORDIS
1492
INCUNABULI
7
6
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze







Epistola fratris Ambrosii in traductione Ephrem.

Ambrosius monachus Cosmo suo uiro clarissimo p̄l'imā salutē.

p Eregrinum nuper offendi e syria ut aiebāt ꝓfectū ad nos: ætate lōgeuum: statura procerę: sed iā senio incuruū: uultu placidū atq; decorū: aspectu ipso de niq; & habitu sanctitatis isignia præ se ferentē suffusū oculis lachrymas: sed ita ut ex eo ori & nihil dignitatis detractū: & plurimū auctoritatis & gr̄æ uideretur adiectū. Sicq; ex ea ꝑpetua fere ꝓfusione lachrymarū faciei nihil feditatis nihil squaloris insederat: sed eua serat tota serenior: nitidior: cōptior: omniūq; intuentiū in se ꝓuocabat affectū. Ego cui senectus nō ignaua sume semp uenerationi fuit: quiq; quod tu minime ignoras ex instituto meo iam pridē senibus optimis & obtēperare prōpte: & libentissime obsequi: seduloq; ministrare cōsueui: nactus huiusmodi hominē: captusq; tāta oris gratia & dignitate ardebā eum alloqui: eiusq; familiari frui cōtubernio: sperans id quod erat sane uerissimū: ex eius collocutiōe me & utilitatis plurimū & uoluptatis ꝑceptutum. Posita itaq; paulisper uerecūdia: accedo ꝓpius: senēq; officiosissime saluto. A quo uicissim blāde resalutatus: inter salutationis uerba solēnia: animaduerto græcæ locutionis gnarū. Tū uero maiori cōstātia: in eius āplexus effusus: & sancta oscula libās: apprehēsa illius dexterā: impetraui nō multis precibus haud ab inuito ut cellulā nostrā inuiseret: nostroq; aliquādiu frueretur hosp. tio. Secutus est sponte: uotis q; meis illariter ānuit. Quid multis imorer? Vbi cōsedimus: ab ipso statim sermonis exordio animaduerti senem meū diuinarū rerū peritissimū: flagrantē eximiæ pietatis affectu: ardore diuinæ caritatis incēsum: sollicitū: intentū: puigilē: torporem atq; desidiā omni sermone lacessentē cōpūctiōis amicissimū id quod ille eius adeo illustres lachrymæ haud obscure signabāt remissionis: ac noxiæ securitatis inimicū: lenē: placidū: mitē: uitia ubiq; resecantē: laudantemq; uirtutes: affectus deniq; nostros ad amorē dei seculiq; contemptūq;: ad ambiēda æterna præmia: formidādaq; supplicia potētissime mouentē. Deus bone quid gaudii: quid solatii: q̄tumq; emolumēti ex hospitis adeo insignis ore percepi: cū me dies ac noctes plurimas perpetua oratiōe alloqueretur. Nihil eius uel aspectu gratius: uel doctrina salubrius ul' cōsuetudine carius: iocūdius: lætius dici aut fingi pōt. Verū iter hec

gaudia nostra:quibus plures dies incredibiliter affectus sum: tu
quẽ maxime diligo cuiq; oia debeo:sæpe in mentẽ ueniebas: cu
piebãq; te festiuitatis nostræ tãtiq; lætitiæ pticipẽ fieri:tã tiq; hospi
tis si fieri ulla ratione posset gustũ aliquẽ capere. Sed cũ perdiffi-
cile id uideretur:ꝗ esset ille pænitus nostri sermonis ignarus: idu
xi placidissimũ senem:ut cõmodi tui atq; cõsolationis causa:lati-
ne quoq; loqui disceret. Neq; sane abnuit senior sanctus:ut mihi
tibiq; morẽ gereret:atq; i primis sanctæ caritati satisfaceret est qp
pe mecũ tui amantissimus:præter ætatis consuetudinẽ se mihi i
disciplinã dare:meq; docente paucis diebus ita linguam nostrã
cõsecutus est:ut meo quidẽ iudicio:latine melius & eruditius lo-
quatur quã græce. Hũc ergo tu tantũ taleq; hospitẽ. Cosme uni
cũ uirtutis ac nobilitatis decus:nominisq; tui ornamẽtum: & ex
merito suo & ex instituto tuo & ex cõmendatiõe nostra:grate re-
uerenterq; suscipies:habebisq; in honore apud te: oiq; officio ac
ueneratione tractabis. Ceterũ nullus ei abs te honos maior:nul-
lũ quod pluris faciat officiũ deferi potest:quã si illo fruaris affati:
si omissis ꝗ̃tum licet publicis priuatisq; negotiis: te ad eũ sæpius
cõferas:hospitiq; tuo remotis arbitriis cõgrediare. Cupit eni ille
te liberũ expeditũq; secretius alloqui. Quod cũ alias semper utili
ter faceres:tñ hoc sacri solẽnisq; ieiunii: tẽpore necessario tibi fa-
ciũdum esse censeo. Debet hoc sibi nõ imerito uindicare sancto
rũ reuerentia:dierũ:ut solitis bonorũ opeꝝ studiis aliquid adicia
mus:nosq; ipsos atq; cõscientias nostras diligẽtius discutiamus.
Quod minime iplere possumus:nisi mortaliũ occupationũ pau-
lisper cura & cogitatione postposita. Nam quo pacto huiusmodi
curarũ puluere turbatũ oculum in cordis pænitiora infigere pos
sumus:& subtilius abdita quæq; rimari:cũ ne ea quidẽ quæ sunt
ante oculos plane discernere ac diiudicare ualeamus? Ad hoc
nẽpe hospitẽ nostrum ut ad te maturius proficisceretur oraui: ꝗ
ois eius sermo totaq; doctrina aptissime tẽpori congruat. Nihil
eni ille humile:nil abiectũ:nil mole:nil infimũ:aut sentit aut loq
tur:sed omnis eius oratio de deo ẽ:rebusq; diuinis:de pænitẽtia:
de iudicio futuro:de æterna uita:gaudioq; iustorũ:de reproboꝝ
pænis:de acquirẽdis consumãdisq; uirtutibus: de uellendis radi
citus uitiis. Iã uero laudatissimã illã platonis sententiã:qua sum-
mã philosophiã meditationẽ mortis esse diffiniuit ita pbasse de-
prehendit:ut ois ferme eius sermo:i ea tuẽda uersarii uideatur.
Terret:refouet:blãditur:hortat᷑. Ac per uaria disputationũ gene-
ra nusq̃ fere nisi læta ac renidenti facie cernit᷑:etiã dũ uitia obiur

gat:lenitatis in ore gratiã seruat:seipm deicit semp:nunq̃ insolēter attollit. Sed quid ego de hospite nostro tã multa? Facies ipse periculũ:ipseq; itegerrime iudicabis: ac de eo quid sentiendũ sit statues. Qui si uidebit interdũ horridiore genere dicēdi uti:oēm q; fere cultũ oratiõis omittere:parti ætati cõcedendũ ē:senex qppe priscã illam dictionē imitatur:partim materiæ imputãdũ:quæ pfecto ea est ut nõ capiat oratõis ornatũ:partim imodice festina tioni meæ acceptũ referēdũ. Dũ eni illũ ad te mittere tuisq; uotis morē gerere præprope studeo:minus fortasse limatus euaserit quã si plusculũ tēporis fuisset apud me. Magnam tñ ubiq; copiã licet admirari:mirũq; imodũ illa ipsa negligentia oratiõis ut de idustria assumpta plus placet. Sed ne ego nimiũ imprudēs sum: qui ultra te ptraham sermone nr̃o:cũ ipñtiarũ sit hospes ille nr̃: ad quē tota intentiõe audiendũ præpare te studui. Habēda illi re uerētia:neq; cõmitēdũ ut diutius uacet apud te. En adest:illũ am plectere:illiq; potius aures atq; animũ applica. Iã eni tecũ illũ reli quo. Vale.

Sermo sancti Efrem de pœnitentia.

d Ilectissimi nihil sanctæ caritati præferamus. Multa eni negligendo peccamus diebus singulis:horis & momē tis. Atq; ideo caritatē possidere studeamus. Hec enim operit multitudinē peccatorũ. Quid prodest frēs:si ha beamus omnia:sola aũt nos saluante caritate careamus? Vt autē exēplo aliquo utamur:siquis istructo cõuiuio: & habũde paratis epulis:regē & principes inuitet ad prandiũ:magnificeq; excipiat oēs:ita ut nihil apparatui desit:preter sal:nunqd prandiũ illud si ne sale gratũ esse uel mãdi poterit? Minime. Immo & iniuriã sib & contumeliam ab inuitatis homo ille per imprudentiã refereti Ita & hic fiet fratres mei dilectissimi. In uentum eni laboramus. nisi caritatem habeamus. Nam sine caritate opus omne immun dum est. Siue enim quis piam bonam uolunlatem habeat: siue ieiuniis se aut uigiliis maceret:siue oratiõi insistat: siue suscipiat pauperes:siue dona offerat deo:siue ecclesias cõstruat:siue aliud aliquid faciat:nisi caritatem habeat:in nihilum omnia apud de nm extimabuntur:neq; beneplacitum erit in illis domino.

Noli igitur dilectissime sine caritate aliquid agere. Nam si ut dixeris quia fratrem meum odi: sed deum diligo: in uenieris meudax. Arguet enim te ioannes sanctus dicens.

Qui non diligit frēm ſuum quē uidet:deum quē non uidet qūo
poteſt diligere?Manifeſtū ē igitur dilectiſſimi:eū qui ſeruat odiū
aduerſus frēm ſuum:etiā ſi uideatur deū diligere: mendacē eſſe
ac ſeipſum penitus fallere.Dicit eni rurſus ioānes idē theologus
myſteriorū cæleſtriū cognitor.Quoniā hoc mandatū habemus a
deo ut qui diligit deū:diligat & frēm ſuū.Et iterū dn̄s dicit. In his
duobus mādatis uniuerſa lex pēdet & ꝓphete. O miraculū igēs
ac ſtupēdū.Qui habet caritatē totā legē iplet.Plenitudo eni legis
eſt caritas.O inextimabilis uirtus caritatis.O uis dilectionis imē
ſa.Dilectiſſimi nihil caritate excellētius:nihil præcioſius:neq; i cæ
lo ſurſum:neq; i terra deorſum.Caritas eni eſt oīum caput & ſū-
ma uirtutū. Caritas eſt bonorū omniū cauſa. Caritas eſt uirtutū
ſal.Caritas eſt finis legis atq; cōſumatio. Hec in corde habitauit
Abel:hæc patriarcis opitulata ē.Iſta ſeruauit moyſen:& ut ad de-
um pro populo loqueret' induxit.Siquidē dimittis peccata eorū
dimitte:ſinautē dele & me de libro quē ſcripſiſti. Hæc habitauit i
prophetis:hæc Dauid ſpūs ſancti domicilium fecit.Iſta conforta
uit Ioſeph:iſta Iob piū ſolidauit.Longe his maiora dicturus ſum.
Hæc dei unigenitū filium:de cælis ad nos uſq; deduxit.Per cari-
tatem bona nobis oīa manifeſtata ſunt.Mors per eā mortua eſt:
infernus captiuatus:Adam reuocatus ad gratiam.Per caritatem
paradiſus reſeratur:celorūq; regnum repromittitur.Hæc piſcato
res theologos fecit.Hec montes ac ſpeluncas pſalmorū uocibus
replet.Iſta corroborauit martyres:neq; uiros tātū ſed & mulieres
& pueros ad tollerantiā paſſionis animauit. Per hanc ſancti om
nes anguſtam & artam uiam tenuerunt. Sed quamdiu loqui de
caritate perſiſtam:quaſi illam ꝓ merito laudare ſufficiam? Quis
erit ille fratres mei:qui oīa caritatis merita digne enarrare poſſit?
Ne ipſi quidem angeli ea pro ſua dignitate explicare ualebūt.O
ſancta caritas:eternorum bonorū omniū indultrix.Beatus & ue-
re beatiſſimus qui relictis omnibus caritatem ueram & minime
fictam ſibi acquirere & comparare ſtuduit:quam dominus diffi
niuit dicens.Maiorem hac dilectionem nemo habet:ut animam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis.Hac profecto flagrabat beatus
Paulus:cum diceret.Caritas proximo malum non operatur. Ca
ritas longanimis eſt:benigna eſt.Caritas non emulatur:non agit
perperam:non inflatur:non querit quæ ſua ſunt:nō irritatur : nō
cogitat malum:non gaudet ſuper iniquitate : congaudet autem
ueritati.Omnia ſperat:omnia credit:omnia ſubſtinet : nō reddit
malum pro malo:nec maledictum pro maledicto.Ideo qui hanc

possidere meruit: nõ superbit: non inuidet: nõ irascitur: non mut murat: nõ odit fratrẽ suum aliquãdo. Qui hanc adeptus est: non modo diligẽtes se diligit: uerũ etiam affligentes. Hac fretus ꝓto-martyr stephanus pro se lapidãtibus dñm præcabatur dicẽs. Dñe ne statuas illis hoc peccatũ. Beatus homo qui contemptis oĩbus: uerã caritatem assecutus ẽ: huius merces quotidie crescit ac floret: huius corona præparata est: hũc angeli oẽs beatũ prædicant. Ab hoc nunq̃ deus separat̃. Deus enĩ caritas ẽ: & qui manet ĩ caritate in deo manet: & deus in eo. Multi & præclari sunt caritatis fructus fratres mei: sed ille præcipuus est: ꝙ aduersus nemĩnẽ inimicitias habere pmittit. Nõ occidat inquit sol sup iracundiã uestrã. Si enim remiseritis hominibus peccata eorũ: ait dñs: & pater uester cælestis remittet uobis peccata uestra. Ista quidẽ hactenus de sancta caritate. Nos uero ad id quod ĩstituimus redeamus. Loquamurq; de pœnitẽtia: & de iudicio futuro. Hec ẽni iugiter die noctuq; meditari multũ confert dilectissimi: extremãq; horã semper habere ante oculos: & inextinguibilis flãmæ nunq̃ obliuisci. Psalmus nunq̃ de tuo ore deficiat. Deus enĩ cũ nomiatur demones fugat. Vbi psalmus illic & deus ẽ: Vbi uero psonã diaboli cãtica: illic ira & perpetuũ uæ. Vbi diaboli cantica: illic dæmonũ requies. Vbi sacri codices: sãcteq; lectiões: ibi iustorũ lætitia: salusq; pctõrũ: & angelorũ frequẽs solẽnitas ẽ. Porro ubi cythare choriq; perstrepũt: ibi uirorũ ac mulierũ obfuscatio: diabol. q; celebritas est. Quid pdest dilectissimi ad momentũ tẽporis hic choreas agere: festaq; celebrare: illic uero in æternũ cruciari? Neq; eni possibile est & ĩ presenti seculo gaudere tẽporaliter: & in futuro regnare cum domino: angelorũq; interesse lætitiæ. Ceterũ his quidẽ qui se hic iocis & plausibus addicũt: illa dñi sentẽtia congruet: qua dicit. Væ uobis qui ridetis nunc: quoniam lugebitis illic & flebitis. Eis uero qui modo pœnitẽdo lachrymas fundunt: uerax ille dñi sermo cõueniet: quo ait. Beati qui lugetis nũc: quoniam illic ridebitis. Consideremus fratres quia nihil proderũt nobis orbis fines in illa hora. Pensemus dilectissimi mei: ꝙ nullus cuiq̃ auxiliari poterit: nõ fratri frater: nõ pater filio: nõ filie mater: nõ amici amicis: nõ parentibus filii: sed unusquisq; onus suũ portans adsistet: expectans cũ tremore sentẽtiam contra se ferendã: siue uenite benedicti patris mei: siue discedite maledicti. Hæc alto corde cogitãtes: o christi amatores: sobrie & iuste & pie uiuamus ĩ hoc sæculo: sicut nos docuit beatissimus Paulus dicẽs. Emũdemus nos ipsos ab oĩ inquinatiõe carnis & spũs. Deponamus igit̃ opa tenebrarũ

de penitentia
de futuro iudicio

neq; iam gentiũ ritu ambulemus. Cũ sanctorũ memorias celebramus: memores simus oĩum debilium: uiduarũ: pupillorũ: peregrinorum: ac pauperũ. Præcipue aũt colũnis illis quæ in solitudine mõtibusq; & spelũcis & cauernis terræ delitescũt: dominicas sõlẽnitates honoremus: epulãtes nõ celebritate sæculari: sed diuĩa exultatione: non mundane sed spiritaliter: nõ gentiliter sed christiana pietate. Non ianuarum coronemus frontes: non choreas statuamus: nõ tibiis & cytharis auditũ effemiemus: nõ mollibus indumẽtis utamur: nõ auro nõ gẽmis ornemur: non cõmessationibus: & ebrietatibus operã demus: ñ cubilibus & ĩpudicitiis uacemus: uerũ hæc oĩa gẽtilibus iudeisq; relinquẽtes: qui spẽ salutis nullã habent: nos oẽs pusilli atq; magni christiana dignitate festiuitates nostras honoremus: ĩ psalmis & hymnis: & cãticis spũalibus. Angelicis cantibus domorũ nostrarum frõtes: nõ laurosisq; coronemus: non suaue olentium florum spiramenta mulcendis naribus admoueamus. Ista enim gentilium ac iudeorum sunt. Nos autem fratres ab eis declinemus: postesq; nostros præciosa ac uiuifica cruce coronemus: dicentes cũ apostolo Paulo. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi. Pigamus in ianuis atq; in frõtibus nostris: & in ore & ĩ pectore: atq; in mẽbris oĩbus uiuificũ signum. Armemur insuperabi li hac christianorũ armatura. Ea eni uictrix est mortis: fidelium spes: lux orbis terræ: paradisi reseratrix: profligatrix hæresum: dæmonũ expultrix: monachorũ adminiculum: firmamentũ fidei: magna salutarisq; custodia & gloria ꝑpetua orthodoxorum in eternum. Hanc o christiane armaturã: diebus singulis: & noctibus: horis atq; momẽtis in omni loco circũferre nõ desinas: nihilq; sine ipsa perficias: sed siue dormias: siue euigiles: siue operi insistas: siue mãduces: siue bibas: siue iter agas: siue maria nauiges: siue transmittas flumina: hac te lorica circũtege: mẽbraq; tua omnia salutari signo exorna atq; circũsepi: neq; accedent ad te mala. Hoc eni signo cõspecto aduersariæ potestates conterritæ tremẽtesq; recedunt. Crux enĩ christi ueraciter sãctificauit orbẽ: fugauit tenebras: lucẽq; reuexit Hæc eluminauit errores: uiãq; mõstrauit. Hec ab ortu solis & occasu: septẽtrione & meridie colligit gẽtes: atq; ĩ unã ecclesiam: in una fide sub uno capite in caritate cõnexuit. Hæc orthodoxorũ inexpugnabilis murus ẽ. Quod os: quæ labia: quæ lingua digne ꝓ merito laudare poterit uictricia arma æterni ĩperatoris nostri christi? Crux caluariæ ĩ loco defixa: mox uitæ nostræ fœlicissimũ botrũ sine opere humano pullulauit. Hoc deniq; præciosissimo

ligno christus deus noster iferni uoracissimũ disrupit uẽtrem:ni-
misqȝ patulũ diaboli obstruxit os. Eo cõspecto contremuit mors
oẽsqȝ quos a primo homine usqȝ ad id tẽporis: sub te ditione sua
tenuerat uinctos dimisit. Crucis armis accicti sancti apostoli:om-
nem inimici calcauere uirtutẽ. Hac se thoracis uice muniẽtes mi
lites christi beatissimi martyres:oẽs artes & inuentiones atrocita-
tesqȝ tyrãnorum superarũt. Hanc baiulãtes sancti monachi: secu
lo uale facientes:summo cũ gaudio & alacritate: i solitudinibus
& montibus & speluncis cauernisqȝ terræ sibi sedes elegerunt. O
ineffabilem immensamqȝ bonitatem benignissimi dei. Qui tam
magna tãqȝ præclara munera: humano generi per crucis idulxit
uexillum. Hæc autẽ sancta crux rursus in consumatione sæculi:
cũ secundus illuxerit domini saluatoris aduentus:prima cũ glo-
ria ingenti & angelicorũ exercituũ infinita multitudine appare-
bit in cælo:inimicos quidem terrens ac uexans:fideles autẽ illu-
minas atqȝ lætificãs:aduentũqȝ cælestis imperatoris adnuncians.
De præciosissima & uiuifica diuinaqȝ cruce hactenus diximus:
& si plura his dici poterant ac fortasse debuerant. Que uero post
hæc futura sunt:cũ illa radiare in cælis cæpit: putas qualia erũt?
At ista frẽs fortassis omnẽ sermonẽ:oẽm mentem omnẽqȝ cogi-
tationẽ superant. Transcẽdunt quippe omnis narratiõis seriem
auditũqȝ oẽm exterrẽt. Heu mihi fratres mei dilectissimi. Memo
ratus sũ horæ illius atqȝ cõtremui:& hic præ pauoris magnitudi
ne dicẽdi finẽ facere pene institueram:cũ uersarẽ aio quænã sint
illa quæ post crucẽ reuelãda sunt. Quis eni audeat ista narrare?
quis præsumat exponere? Quod os enũciare sufficiat? quæ ligua
eloq? que uox explicare:quæ auris possit audire? illa quæ nec cæ
li ferre tũc preualẽt? Tanta eni & tã ingẽtia tanqȝ horrẽda mirabi
lia:neqȝ facta sunt in oibus a sæculo generationibus:neqȝ futura
sunt. Et modo quidẽ sæpe cum fit coruscus aut tonitrus uastior.:
oẽs sui formidine terret:cũctiqȝ horrore perculsi solo procũbunt
qũo ergo sustiebimus:cũ audierimus tubæ uocẽ de cælo nimio
cum metu resonantẽ:oẽsqȝ a sæculo defunctos:iustos & iniustos
bonos & malos:pios atqȝ ipios excitãtes? Tũc oia ex tumulis hu
manæ cõditiõis ossa:ai uox tubæ isonuerit exiliẽt:atqȝ discurrẽt:
artus suos:iũcturasqȝ cũ festinatiõe requirẽtia. Cũ uiderimus oẽ
hoium genus exurgere:quẽlibet ex loco suo:cõgregariqȝ ad iudi
ciũ. Cælestis nempe regis iussu:terra suos mortuos reddet: mare
itidẽ suos. Quicqd itẽ humanorũ corporum uel bestia rapuit:uel
uorauit piscis:auis ue discerpsit: i porẽ statũ remeabit: omnesqȝ i

ictu oculi resurgēt:& ante tribunal adstabūt:ita ut ne unus quidē capillus:capitis desit. Cum uiderimus igneū fluuiū ab ortu solis usq; ad occasum emanantē:ac ueluti seuiēs fluctibus mare:mon tes ac ualles deuorātē:terrāq; oēm & queq; sunt in illa exurētem. Tūc dilectissimi mei ab illo igne deficiēt fontes:uanescēt flumina:mare siccabit:agitabitur aer:sidera ut folia de cælo cadēt:deficiet sol:luna uertetur ī sanguinē:celūq; ut liber complicabitur. Cū uiderimus angelos missos hinc inde cū festinatione discurrere:electosq; dei seruos ab ortu solis usq; ad occasum in unū cōgere. Cū uiderimus cælum nouū & terram nouā:in quibus iusticia ihabitat. Cū uiderimus terribile soliū sedentēq; super illud oīum deum:infinitaq; angelorū milia:cū tremore circūstantia. Cū uiderimus signū filii hominis præciosam.s.ac uiuificā crucem i cælo lucentē:omnesq; fines orbis terræ ultra solis claritatē illustrātem. Vbi uero uiderint oēs regium istud ac tremendū sceptrū in cælo reuelari:iam tūc agnoscēt singuli cōtinuo ipsum quoq; regē reuelandū:qui in illo clauis affixus ē. In illa hora quisq; pauidus tractabit:quo iturus sit obuiā christo:quā ratiōem redditurus. Ac siquidem peccatorū consciētia præmatur:stabit tristis mærens afflictus:atq; anxius:expectans sentētiā contra se ferendā. Vnusquisq; enī cernet ante faciē suam ex posita opera sua: siue bona illa siue mala præmisit. Tunc hi qui angustā & artam uiā perrexerūt: oēs q; qui ex corde egerunt pœnitentiā:misericordesq; ac peregrinorū susceptores:præcipue autē qui in solitudinibus: in mōtibus & in spelūcis:professionē suam usq; ad finē caste seruauerunt ac iuste:quiq; sub obædientiæ iugo in sancta humilitate pfecta ad finem usq; perstiterunt:qui secundū sententiā domini:dei & saluatoris nostri seruierūt spiritalibus patribus cū metu & alacritate:ac fratribus reliquis:senibusq; & ibecillibus:& in ifirmitate constitutis. Ecce enī huiusmodi qui professiones suas rite seruauerūt: adstabunt ilares:magno cū gaudio:& ineffabili lætitia expectantes beatā spem & aduentū gloriæ magni dei & saluatoris nostri iesu christi. Veniet enī ut eos qui i uigiliis:ieiuniis: lachrymis:orōibus ac psalmodiis: se exercuerūt laboresq; pertulerunt uarios:sua illustratiōe lætificet. Veniet ut misericordes:peregrinorūq; susceptores:ac pupillorū nutritores:p ipensa miseratione coronet. Veniet ut uariis uexationibus afflictos beatificet. Veniet ut cōsolet eos: qui super peccatis suis iugē luctum habuerūt. Veniet ut eos glorificet qui pro nomine suo pauperes esse delegerūt:qui nō dilexerunt mundū neq; ea quæ in mūdo sunt:sed oia reliquerūt:ut tol

lentes crucē suam nudi illū expeditiq; sequerent̄. Veniet eni iam de terra sed de cælo: ueluti fulgur horrendū: cum ingēti potentia & maiestate. Tunc e cælis ingēs clamor psonabit. Ecce spōsus ue nit: ecce pcedit iudex: ecce apparet rex: ecce sūmus iudicū iudex reuelatur. Ecce aduenit oium deus ut iudicet orbem terrarum & reddat unicuiq; secundū opera sua. Tūc dilectissimi fratres mei: a uoce clamoris illius cōtremiscet mare atq; terra: & oia quæ i eis sunt. Tūc timor & tremor ac stupor irruet in omnē hominē a clā gore tubæ. & a metu expectationis eorū quæ superuentura sunt uniuerso orbi. Tūc uirtutes cælorū mouebunt̄: præcedent corru scationes: astria cadent: angelorū exercitus præibūt: arcangelorū chori adstabunt parati: cherubyn & seraphyn multis oculis clara & sex alis insignia: in uirtute ac metu proclamabūt. Sanctus: san ctus: sanctus dn̄s deus sabaoth: qui uenit omnipotēs. Tūc creatu ra ois in cælo & i terra & subtus terrā ualide cū horrore clamabit. Benedictus qui uenit rex in nomine dn̄i. Tunc scindent̄ cæli: & reuelabitur rex regū: & principū princeps: ueluti fulgur terribile cū potestate multa & maiestate: uidebūtq; eum: qui illū pupuge runt: uidebūt ipsi & omnes tribus terræ. Tunc celum & terra uer tentur in fugam: sicuti ioānes præsignauit dicens. Vidi soliū can didū & magnū: sedentēq; super illud: & a facie illius fugit cælum atq; terra. Tūc sedebit christus in solio gloriæ suæ: sicut ipse dixit: & congregabūtur ante eū omnes gentes. Væ mihi fratres mei di lectissimi: quo i statu iuenienda est anima in hora illa: cū throni positi fuerūt: & iudiciū sederit: & aperiētur libri. Tūc intuebimur inumerabiles angelorum exercitus circunstātes thronū glorie cum metu ac tremore. Tunc enim uniuscuiusq; opera corā angelis & hominibus recitabuntur: quæ in occulto & in tenebris admissa plurimos latebant. Tunc laus erit unicuiq; a deo. Tunc implebi tur Daniellis prophetia dicentis. Ego Daniel aspiciebam donec throni positi sunt: & antiquus dierum sedit. Vestimētum eius cā didum ut nix: capillus capitis eius ut lana munda. Sedes eius ut flamma ignis: rotæ eius ignis ardens: fluuius ignis transibat corā illo. Milia milium assistebant ei: & centies millena milia ministra bant. Iudiciū sedit: & libri aperti sunt. Magnus in hora illa pauor erit fratres mei: grandis tremor: cū libri illi formidabiles aperien tur: i quibus scripta sunt opera nostra: & actus & uerba: & quæq; egimus i hac uita: putantes latere deū qui scrutatur renes & cor da. Illic enim nō solum actus uerū & cogitationes & intentiones cordis scripte erunt. O quam multis lachrymis nobis opus ē: ut

euadamus horæ illius pauorem:& negligimus. Per lachrymas enim & elemosynas possibile: cuiq; est in scripta in libris illis di- luere crimina. O quantus erit gemitus:quam miserabiles lachry mæ:cum oculis nostris intuebimur hinc ineffabile cælorum re- gnū:inde rursus æterna supplicia:pauendosq; cruciatus reuelari mediū uero assistere omne mortaliū genus:a primo Adā usq; ad ultimū hominum:oēsq; cadentes in faciē atque adorantes. Tūc iplebitur sermo qui scriptus est. Viuo ego dicit dominus qa mihi curuabitur omne genu:& cōfitebitur omnis lingua. Et quod rur sus beatus Paulus apostolus dicit. In nomine Iesu christi oē genu flectetur:celestiū:terrestriū:& infernorum:& ois lingua cōfitebit quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris. Tunc omne humanū genus inter cæleste regnū æternumque cruciatum: iter gaudiū & mestitiā:omnes demissis in humū uultibus adstabunt: metu & expectatione solliciti. Interdū tamen modice attollēt ca- pita:uidebuntq; proximos quosque prope tribunal assistere: & acriter examinari:& eos maxime qui in negligētia uixerūt. Ac de nuo humi defigēt obtutus:recogitātes & ipsi opa sua. Cernēt aūt singuli opa quæ præmiserunt corā se ex posita siue bona siue ma la. Tūc hi qui mala gesserūt:neque pœnitentiā egerūt:eiulantes dicturi sunt. O quare nō laborauimus miseri:o quantū tēpus ne gligenter amisimus:illusi atq; illudētes:iocisque resoluti. O qua- re nō ieiunauimus:o quare non uigilauimus: o cur elemosynas nō dedimus:ut ipsi misericordiā cōsequeremur dum tēpus esset pœnitētiæ:sed risui ac delitiis dediti:& elata ceruice incedentes: ānos nostros frustra trāsegimus. O quare nō fleuimus:ue remit- teretur nobis quod peccauimus. Videbit enim quilibet illic pau- peres pro se deprecantes:quos hic modo miseratus est. Tunc hi qui pauperū miserti nō sunt:amaris se conficiēt singultibus & la- chrymis frustra ista repetētes. O quā utilis quāque salutaris ē mi seratio pauperū:quā exercere neglexímus. O quātas opes frustra consumpsimus in perniciē nostrā. Nūc quid faciemus miseri:qm̄ uenit hora quam sæpe nobis scriptura diuina protestabatur:nos aūt nō applicabamus animum? Quid modo faciemus miserabi les:quia libros aperiri cernimus:ex quibus oēs iudicādi sūt? Hæc autem illis cogitaatibus secumque uolentibus:repente audient iudicis uocem cum terrore clamantis ac dicentis:ostēdite opera & mercedem accipite. In illa hora pauebūt omnes christianorū ordines:pontifices:sacerdotes:diaconi:& ordo ecclesiasticus reli quus. Vnusquisque enim suscitabitur in suo ordine:ut deo ratio

nem reddat. Tūc metu agitabuntur & reges quondam potentissimi: & principes: & sapientes: & diuites ac pauperes: quoniā aduenit hora quādo cuiusque opera coram angelis & hominibus recensebūtur: & unusquisque quod semiauit hoc metet. Heu mihi frēs mei dilectissimi: uolo quæ postea futura sunt dicere: uerum præ timoris magnitudine: uocē mihi itercipi sentio atque deficere profluūt lachryme: totusque āxietate cōfundor. Est eni quod narrare intēdo plenū terroris atque formidinis. Ad hæc hi q̄ aderāt studiosi auditores ac fideles xp̄i dixerūt. Dic nobis & reliqua ut audiētes pœnitentiā agamus. Ad quos ille. Intente queso accipite frēs mei dilectissimi. Tunc eni requiretur in singulis christianis baptismatis sigillū illibatū: exigeturq; ab unoquoq; fides integra: & nulla heretica colluuione maculata. Tunc o fratres mei & christi amatores omnis humanitatis effigies media inter iudiciū & regnū: uitam ac mortem: gaudiūq; ac mærorem statuetur. Et requiret᷑ a quolibet regiū signum: exqua die catholicā & orthodoxā ecclesiam ac fidē nostram per baptisma suscepit: exigeturq; a singulis fides in pace illibata: sigillūq; īfractū: & tunica incon quinata secundū pulchram illā cōfessionem: quam corā multis testibus ꝑfessi sunt dicētes. Abrenuntio tibi satana & omnibus operibus tuis: huiusmodi præclara abrenūciatio requiretur a nobis in illa hora. Quam uero beatus erit: q̄ illā ut pollicitus est diligēter itegreq; seruauit. Paucis eni uerbis oībus iniquitatibus renūciare cōsēsit: oībusq; omnino quæ odit deus abrenūciauit: nō duobus aut tribus aut decē: sed oībus quæ mala uominant᷑. Puta. Abrenūcio satanæ & oībus operibus ipius. Quibus operibus? Audi fornicationi. adulterio: imūditiæ: mendacio: furto: inuidiæ: ueneficio: diuinationi: incantatiōibus: indignationi: ire: blasphemiæ: inimicitiis: fraterno odio: cōtentioni: æmulationi: ebrieiati: stultiloquio: superbiæ: lasciuiæ: odio: risibus: dæmonum canticis: homicidiis: puerorum corruptionibus: auspicationibus: iterrogationibus spirituū: laminarum inscriptionibus: renūtio cupiditati & rapinis: idolothytis & sanguini & morticinis. Et quid plura loquor atq; modo intempestiue cōmemoro? Multa perstringenda sunt breuiter: & ea uerba tantum repetenda. Abrenūtio omnibus operibus: quæ i sole fiūt: & luna: & stellis: & terra: arboribus: coloribus: calicibus: triuiis: aliisq; plurimis iniq̄s & funestis operibus: quæ turpe est etiam dicere. His omnibus atq; horum similibus abrenūciauimus: i sanctificatiōe baptismatis: i sacra piscina. quæ omnes scimus opera esse tenebrarū: dæmonumq; doctrias

Hec igitur omnia qui faciũt:sub ditione diaboli sunt: quæ prius didicimus quã ueniremus ad lucẽ:cum essemus sub pctõ uenũdati. Cũ uero placuit benignissimo ac misericordissimo domino: ex huiusmodi nos errore liberare:uisitauit nos oriens ex alto::apparuitq; gratia dei salutaris:& dedit seipsum cõmutationẽ ꝓ nobis:& redemit nos proprio sanguine:ac remouit ab errore idolorum:dignatusq; est regenerare nos per aquã & spũm. Hec oĩa abnegauimus:& exuimus ueterẽ hominẽ cum actibus suis:atq; induimus nouum Adam. Hec igitur omnia quæ præfati sumus nequam opera qui post gratiã sancti baptismatis facit:a gratia excidit:nihilq; illi proderit christus permanẽti ĩ peccato. Audite obsecro quiq; fideles estis:quam magne malorum multitudini paucis abrenũciauimus uerbis. Hãc igitur abrenũciationẽ angeli in hora baptismatis scribũt. Hec a nobis omnibus christianis cõfessio exigitur iudicii tẽpore. Scriptũ enĩ est:quia ex uerbis tuis iustificaberis:& ex uerbis tuis cõdẽnaberis. Et rursum dominus dicit Ex ore tuo te iudico serue neq̃. Liquet igitur fratres:ꝙ uerba nostra in hora illa:aut cõdẽnant nos aut iustificant. Interrogãt illi. Quomodo? Rñdet. Examinãtur pastores inquit:episcopi.s.de cõuersatione sua:efflagitanturq; a singulis rationales oues quas a pastore summo christo pascendas acceperant. Ac siquidem per pastoris negligẽtiam:ouẽ deesse cõtigerit:sanguis eius de manu illius requiret̃. Similiter & abbas pro seipso & ꝓ grege suo rationẽ reddet. Pari ratione & presbyter ꝓ sibi creditæ ecclesie populo rationẽ redditurus est. Diaconi itẽ ac lectores: fidelesq; omnes rationẽ pro aĩabus quæ sunt ĩ domo sua reddẽt:pro uxore:pro filiis:pro seruis & ãcillis. An illos enutrierit in timore & disciplina & correctiõe domini:sicut admonet apostolus Paulus. Tũc & reges & principes & diuites & paupes:pusilli ac magni interrogantur de operibus propriis. Scriptũ enim est.quia omnes sistemur ante tribunal christi ut recipiat unusquisq; secũdũ opa sua quæ per corpus gessit:siue bona siue mala. Item alio in loco scriptũ ẽ. Quia nõ est qui eruat de manibus meis. Rogamus te inquiũt ut dicas nobis quid postea futurũ sit. Loquar inquit in dolore loquar in luctu quia audire non potestis quæ postmodum fieut Sed omittamus ista queso carissimi. Nũ inquiunt illi formidolosiora sũt quæ restãt his quæ abste audiuimus nũc? Et magister rursus illachrymãs. Et formidabiliora inqt sunt:& tristiora:& miserabiliora:perpetuisq; & lachrymis & singultibus digna:quæ si i medium proferã:tremor apprehendet audientes. Rursus illi

ad eum dixerunt.Enarra nobis illa o amice chriſti:ſi poſſibile eſt:
ut eis admoniti maiore cũ ſtudio pænitentiã agamus: Ad hæc
ille iterũ lachrymãs dixit.Dicã uobis cum lachrymis:exponamq;
narrationẽ illam prorſus miſerabilẽ:quoniam extremũ id reſtat.
Verũ quia nobis ab apoſtolo mandatũ eſt:hec fidelibus appone
re:uobis qui fideles eſtis ea modo apponam: uos aũt etiam alios
docete.Quoniã uero cor meum in huiuſmodi narratiõe crucia-
tur:cõpatimini mihi benedicti fratres mei planctumq; meũ beni
gne ſuſcipite.Cũ diſcuſſi omnes & examinati fuerint:& corã an-
gelis & hominibus opera cunctorũ patefacta : & inimici omnes
ſubiecti fuerint pedibus illius:atq; euacuata fuerit poteſtas om-
nis uirtuſq; terrena:& ſicut ſcriptũ eſt curuatum fuerit deo omne
genu:tunc iam ſicut predixit dominus ſegregabit eos abinuicẽ :
ſicut paſtor ſeperat oues ab hedis. Qui eſt ĩ boniſ opibus boniſq;
fructibus ornati ſunt:ſeparantur ab infructuoſis & peccatoribus
Tunc ueraciter lucebũt qui mandata domini cuſtodierũt: miſe-
ricordes pupillorum:peregrinorũq; ſuſceptores:qui nudos ueſtie
runt:qui carceri incluſos uiſitarũt:uiduarũ defenſores: oppreſſo
rũ adiutores:qui ut ait dñs lugẽt nũc:q modo paupes ſunt ꝓpter
opes repoſitas in cælo cõquirendas:qui nihil mundanũ ſenſerũt
neq; ea quæ ſunt in mundo dilexerũt:ſed relictis oĩbus chriſtum
dominũ ſecuti ſunt:qui fratribus delicta remiſerunt:qui ſignacu
lũ fidei integrũ:atq; ab omni hereſis labe ĩmaculatũ ſeruauerunt
Tunc igitur ſtatuet oues quidẽ a dextris ſuis bonorũ operum fru
ctibus plenas. Oues inquã quæ paſtorem bonum agnouerunt .
Oues quæ domini ſui ſignaculũ cuſtodierũt. Oues que ueri pa-
ſtoris ueſtigia ſecutæ ſũt.Huiuſmodi oues ſtatuet a dextris ſuis :
hedos aũt a ſiniſtris. Hedi aũt illi ſunt:qui bonis fructibus carẽt:
qui paſtorẽ bonũ irritauerunt:qui cõtaminauerũt fidem:qui ſine
metu laſciuierũt:choris ſe addixerunt:mala ſemp malis accumu
larunt:ſuperbi:elati:indiſciplinati:qui congruũ pæn tentie tem-
pus amiſerunt:ac ueluti laſciuientes hedi in delitiis uixerunt:qui
uitæ ſuæ tempus omne in crapula:& ebrietate:inclementiaq; cõ-
ſumpſerunt ſicuti diues ille qui nunq̃ miſeratus eſt pauperem la
zarũ.Idcirco etiam inter adſtantes ad ſiniſtram:ut in miſericor-
des:ut pietatis uiſceribus carẽtes:ut inimici fratrum : chriſtumq;
odientes:nulloſq; habentes pænitentiæ fructus:neq; in uaſis ſuis
oleum ferentes condemnati ſunt.Idcirco ex hac uita exierũt om
ni opere bono deſtituti ac deſerti:omniq; ſcelere & iiquitate ple-
ni.Qui uero ſibi oleũ paupibus emerũt:& uaſa ſua ĩpleuerunt: a

dextris regis adstabunt: illustres gloria & hilares lucidas lápades suas tenētes in manibus: audientq; uocem illam beatissimā dicē tem sibi. Venite benedicti patris mei: uenite lucis filii: uenite heredes regni mei: uenite qui propter me pauperes effecti esuristis & sitistis: qui non dilexistis mundū neq; ea quæ in mundo sunt. Venite qui propter me tēporale ac momētaneū gaudium mūdi respuistis: parentesq; & filios: cognatos & amicos: agros & possessiones ac domos reliquistis. Venite qui in solitudinibus & mōtibus & spelūcis & cauernis terræ: quiq; cū bestiis ipsis quādoque habitastis: modo cū angelis i cælestibus ppetuisque regnis habitare. Venite oēs qui angustā & artā uiam ābulastis. Venite oēs misericordes: hospitūque susceptores. Venite omnes benedicti pris mei: pcipite præparatū uobis regnū a constitutione seculi. Porro ab his qui a sinistris erūt in illa hora: ubi eos aspexerit faciē suam dn̄s auertet: dicetque illis. Discedite a me maledicti in ignē æternū: qui paratus ē diabolo & angelis eius. Sicuti misericordes nō fuistis: ita nec modo misericordiā cōsequimini. Sicut ipsi uocem meā non audistis: ita & ego uestros nō exaudiam gemitus. Mihi enī non ministrastis: neque pauistis me esurientē: sitientēque nō potastis: pegrinūque nō collegistis: neque ifirmū uisitastis: neque ad me in carcerē uenistis. Non audistis euangelia mea: neq̄ ego uestras audiā præces. Illic diebus singulis per sanctos prophetas meos ad uos clamabā: uosque audiētes irridebatis. Et nunc uobis dico nō noui uos. Alterius dn̄i fuistis operarii ac ministri: diaboli scilicet. Idcirco discedite a me operarii iniqtatis. Et tūc ibūt isti in suppliciū æternū: iusti uero in uitā æternam. Beatus aūt & uere beatissimus qui btām illam & desiderabilem uocem audire merebitur: quam ipsi utinā audire mereamur: quique legimus & qui audimus: gratia christi amē. Interrogatio. In unum omnes supplicium abibūt: an uarii cruciatus sunt? Respōsio. Varia sunt tormentorū loca: sicut in euangelio audiuimus. Sunt. n. tenebræ exteriores: haud dubiū quin & aliæ interiores sint. Gehēna ignis locus alius: stridori dentiū proprius locus est: uermis itē imortalis alio i loco est. Stagnū ignis locus est proprius: suoque itidem loco ignis inextinguibilis est. Inferi: atque perditio suis terminis constant: & inferiora terræ alius locus. Infernus quo mitunt pec catores: & inferni profundū atrocior locus. Inter hæc suppliciorū loca distribuūtur infœlicissimi: unusq̄sque pro peccatorū suorū modo siue mitius siue uehemētius sicut scriptū est: qm̄ spinis pec catorum suorū unusquisque cōstrigit. Hoc aūt est & id quod di-

citur:uapulabit multis & paucis. Sicut aũt sunt peccatoꝝ differẽ
tie:ita sunt & cruciatuũ uarietates. Dic inquiũt nobis præcamur
quæ sit cruciatus differẽtia. Et ille:aliter inquit cruciatur adulter:
aliter fornicator:aliter homicida:aliter fur:aliter ebriosus: aliter
mendax & aliter periurus. Qui aũt odit fratrẽ suũ cum uenefico
& homicida iudicatur. Qui hæresibus inquinãtur:audituri sunt
Tollatur ipius ne uideat gloriã domini. Qui aũt cõtra se inuicẽ
inimicitias seruant:si sic ex uita migrauerint: inexorabilẽ senten
tiã in die iudicii excipiẽt:& ueluti exosi deo mittent̃ in tenebras
exteriores:utpote qui cõtempserũt leue illud mandatũ dñi dicen
tis. Diligite iuicem:& remittite usque septuagies septies. Omnis
uero qui peccasse se meminit:securus & absque sollicitudie esse
nõ debet:neque rursus desperare. Aduocatũ eni habemus apud
patrẽ Iesum christũ. Idcirco & ipse est propitiatio pro pc̃tis nr̃is:
nõ negligentiũ:neque iacentiũ atque stertentiũ. nõ cauponas in-
grediẽtiũ:neque delitiis ac risui uacantiũ:sed lugentiũ atque pœ
nitentiũ:& ad eũ die noctuque clamantiũ. Huiusmodi sane a pa
raclito cõsolabũtur. Cæterꝝ qui peccauit:oblitusque peccatorum
suorũ ita migrauit a corpe:super hũc ira descẽdet: quã indicauit
manasses cũ diceret. Intolerabilis est dñe ira cõminatiõis tuæ su-
per peccatores. Væ scortatori:uæ adultero:uæ ebrioso: atque ma
ledico. Væ his qui ad sonitũ tympani & cytharæ & tybiæ uinum
bibunt:opera autem dñi nõ attendũt:neque uerborũ eius memi
nerũt. Væ his qui scripturas sacras cõtumeliis afficiũt:uæ his qui
amittunt pœnitentiæ tempus:illud iocis risibusque ipendentes.
Querẽt enim tẽpus quod male cõsumpserunt & non inueniẽt.
Væ his qui aleis ludunt:qm̃ seipsos a corpore & sanguine christi
dei nostri alienos reddũt:quemadmodũ & spiritus sanctus p san
ctos apostolos hortat̃. Væ his q ueneficos ac uates adeunt:atque
in spũ erroris iterrogãt:intẽdentes doctrinæ dæmoniorũ. Cũ ipis
eni in futuro sæculo cõdemnabunt̃. Væ his qui scribũt iniustitiã
Væ his q curiosa sectant̃:magias atque ifantiũ cædes & his simi-
lia. Væ his q mercede mercenariũ priuãt:quia his q mercedem
tollit sic ẽ ut qui effũdit sanguinẽ. Væ iniuste iudicãtibus:q iustifi
cãt impiũ pro muneribus:siue ut homibus placeãt. & iusti ius tol
lũt. Væ his qui fidẽ sanctã heresibus polluũt:hæreticisque cõsen-
tiũt. Væ insanabili morbo laborãtibus:inuidia.s.& zelo a liuore.
Væ his qui aliena diripiũt. Væ thesaurizãti sup terrã neque mise
rẽti. Et qd multa dico:& nõ potius summatim perstrigo oia? Væ
omnibus qui ad sinistrã statuent̃ in hora illa terribili: quoniam

obtenebrabũtur & tremẽt.& amaras lachrymas fundẽt: dẽtesq́ collident:cũ audierint dolendã illam mœstissimã sententiam. Discedite a me maledicti in ignẽ æternũ. Alii uocẽ illam tristissimã audient. Conuertantur peccatores in infernũ. Alii audient: iuidi scilicet. Tolle quod tuũ est & uade. Graue quippe est quod dicit uade. Quo nã queso? Nõ dubiũ quin eo quo ibunt qui audient. Ite a me maledicti in ignem æternũ. Alii audient. Amẽ dico uobis: nescio uos. Discedite a me iniquitatis operarii. Alii rursus: ligatis illorũ manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores. Alii sicuti zizania colligabũtur exurendi in camino ignis. Sicut aũt multi salutis modi sunt: ita & multæ mansiones in regno cælorũ. Et sicuti plurima sunt peccatorũ ac delictorũ genera: ita & plurimi cruciatuũ modi. Quicũq; lachrymas compũctiõs habetis fleteq; mecũ quæso. Ego eni fratres mei dilectissimi memoratus sum tristis illius & miserandæ separatõis: nec ferre possum: cũ iam auferũtur atq; expelũtur a faciæ iudicis: ingenti cũ iracundia: traduntq; pœnalibus locis & acerbissimis pœnis. Ad hæc fideles qui aderant dixerunt. Præcamur te famule christi: ut pfecte istruas nos & certiores reddas quonãmodo miseri ad cruciatus transeunt. Et ille rursus lachrymans ait. O fratres mei dilectissimi: quã tristem & dolẽdam narrationem audire oratis. Hei mihi fratres: quis narrare p̃sumet: aut quis sustinebit audire: quæ damnati patiuntur. Quæ nã autem erit cordis tanta duritia: quæ hæc audiẽs non cõtinuo soluatur in lachrymas. At nũc quibus adsunt lachrymæ: uenite audiamus qd nos maneat: plãgamusq; amariter: neq; nostrã salutem negligamus. Iam quippe peruenit in nos dies illa horrenda atq; formidabilis isfœlicissime illius separationis. Tunc eni segregantur abinuicẽ: iterq; conficiunt omni spe reuersionis destitutũ. Quis adeo lapideo corde sit: qui iam hinc diẽ illam non amarissime fleat? Tunc separãtur episcopi a coepiscopis: diaconi a condiaconis: subdiaconiq; atq; lectores a sociis suis. Tunc separabũtur hi qui aliquando reges fuere: plorabuntq; uelut infantes: atq; ut mancipia pellentur. Tunc ingemiscent principes: & diuites: & imisericordes pergẽtq; nudi atq; desolati: huc illucq; intuentes. Angustiabuntur quærentes adiutorium: & nullus erit adiutor. Neq; eni diuitiæ hora illa patebũt: neq; assentatores adsistent: qui illorũ latera stipare solebant. Et qa miserti nõ sunt: nullã inuenient misericordiã. Neq; enim illam ante se præmiserunt ut illic reperire possint. Sicut etiam propheta ait. Dormierũt somnũ suũ & nihil inuenerũt. Tunc separantur & mo

nachi qui in negligẽtia uixerũt:qui mũdi desiderio deuicti sunt: & mũdana senserunt:neq; cor ad superna transtulerunt. Tũc separantur a parentibus filii;a fratribus fratres:amici ab amicis: & a propinquis propinqui. Tũc disseparant̃ & infœlicies mulierculæ:quæ uiris fidẽ non seruauerũt:connubiiq; maculauerũt torũ. Tunc itẽ segregantur qui corpore quidẽ uirginitatẽ obseruarũt: sed moribus inclemẽtes imitesq; perstiterunt. Iudiciũ enim absq; misericordia erit his qui nõ fecerũt misericordiã. Sed omittã multa dicere:quia continet me timor ac tremor:ista narrantẽ. Vt autẽ breuiter dixeri: tunc iam ĩpellũtur miseri ab angelis terribilibus acti:cæsi atq; flagelati:pergũtq; mugientes ac stridentes dẽtibus: crebriusq; post tergũ aspicientes:si quo pacto iustos: & illud gaudium unde ipsi separati sunt intueri queant. Vident aũt lucẽ illã ineffabilẽ. Aspiciũt amenitates paradisi: uidẽt magna illa & præclara munera:quæ perceperũt a rege gloriæ qui legitime certarũt Intuent̃ notos dudũ ac familiares suos æternis illis gaudiis fruẽtes:quæ ipsi percipe non meruerũt:& lamentantur ingemiscũtq; grauiter. Deinde paulati sequestrant̃ a sanctis omnibus & notis suis:atq; a deo ipso abscũdunt̃:ita ut iã retro aspicere nõ possint neq; intueri gaudiũ illud ĩmensum:& meracissimã lucem: cũ iã loco illi mœroris ac doloris appropinquauerit:ubi repositi sunt illis æterni cruciatus. Illic aũt rursus disseminant̃ atq; dispergun tur dirimũturq; ab inuicẽ miseri:uariisq; deputant̃ cruciatibus: quisq;.s. iuxta operũ suoꝝ merita. Tunc intuentes se penitus esse derelictos: oẽmq; sibi salutis spem ademptam: ut eis iam nullus opem ferre possit:aut ꝓ illis orare. Id quippe exigit iustũ dei interneratũq; iudicium:tũc inter amarissimas lachrymas:dantes mugitus & gemitus dicẽt. O quomodo tempus nostrum in negligẽtia perdidimus. O quomodo seduxit nos uanitas sæculi. O quomodo illusi sumus:qui scripturas diuinas audiẽtes irridebamus Cur aliis ante oculos nr̃os certãtibus:ipsi salutare certamẽ detractauimus? diuinasq; scripturas recitari audientes risimus: & qui illas recitabant:maledictis lacessiuimus? Illic nobis per illas litteras deus loquebatur:& nõ aduertebamus. Nunc autem hic exclamamus ad eũ:& ille faciem suam auertit a nobis. Quid nobis totus profuit mũdus? Vbinam est pater qui genuit. Vbi quæ pepit mater. Vbi filii: Vbi amici. Vbi diuitiæ. Vbi possessiões. ubi thesauri inexhausti. Vbi tumultus illi glorie. Vbi prandia. Vbi longus & intẽpestiuus cursus. Vbi reges:& ꝑncipes:atq; potentes. Quomodo nihil huiusmodi modo habemus ĩfelices:neq; nosipsos iu

uare possumus? Insuper a deo & a sanctis eius ꝓrsus derelicti su-
mus. Quid igit facimus: qñ iam tẽpus pœnitentie non est. Nihil
iã ualet deprecatio: nil ꝓsunt lachrymæ: neq; iã adsunt qui oleũ
uẽdant: pauperes & inopes. Est eni soluta celebritas. Quãdo tem
pus ac uires habebamus: & uẽditores olei clamabãt: emite: obtu
ratis auribus emere noluimus. Modo quærimus: nec iuenimus.
Iam nulla supest nobis redẽptio peccatoribus: nõ iam cõseq̃mur
misericordiã. Neq; eni meremur. Iustũ profecto est iudiciũ dei.
Nõ iam uidebimus læta illa sanctoꝝ agmina: nõ iam lucẽ uerã
intuebimur. Pupilli ac destituti ab oibus effecti sumus. Et ultra
dicamus? Tũc exclamãtes cum gemitibus: & amarissimis lachry
mis: & uoce miserabili iuocabunt ac dicent. Saluete oẽs sancti &
iusti: saluete apl'i: prophetæ. ac martyres. Salue patriarcharũ cæ-
tus. Salue monachorũ agmen. Salue & tu dña dei genitrix uirgo
Tu quidẽ multũ laborasti ꝓ nobis deprecãs: ut cõuersi salui esse
mus. Verũ nos pœnitere: saluariq; noluimus: sed pœnitẽtiæ tem
pus i negligẽtia uiuẽdo ꝑdidimus. Salue & tu præcursor ioãnes.
Et tu eni excelsa uoce prædicasti dicẽs. Pœnitentiã agite: sed nos
audire renuimus. Salue preciosa crux atq; uiuifica. Salue cælorũ
regnũ. Salue supna hierusalẽ: primitiuorũ mater. Salue uolupta-
tis paradise. Saluete patres ac matres. Saluete amici & propinqui
Saluete oẽs a q̃bus discreti & sepati sumus. Non eni aliquẽ ex uo
bis ultra ituebimur. Nãq; ad supplicia tẽdimus: finẽ nõ habentia
neq; ullã requiẽ. Tunc iã perget unusq;q; in præparatũ supplicii
locũ: quẽ sibimet præparauit: pœnitere nolens: atq; ex illa necessi
tate liberari: ubi uermis eorũ nõ morit: neq; ignis extiguit. Ecce
audistis fr̃es mei: amatores xp̃i: tristẽ illã mœstãq; sñiam. Audistis
ac patiũt negligẽtes? Audistis de die illo: & hora tribili? En ipleui
postulationẽ uestrã: & morẽ gessi uro desiderio. En agnouistis q̃
sollicite mala cauere debeatis. Ecce audistis qd lucrẽt negligẽtes
ac desides: & pœnitentiã agere nolẽtes? Audistis q̃uo illi irridẽtur
q dei mãdata irriserũt? Audistis ut multos fallat atq; decipiat: ad
aiaꝝ pniciẽ: sæculũ nequã? Audistis q̃uo illudunt: diuiaꝝ scriptu
rarũ illusores? Nullus oberret corde fr̃es mei benedicti: nec dicat
quispiã uerba tantũ esse simplicia: que de iudicio extremo dicũ-
tur: sed oẽs diligẽter ac plenissime credamus xp̃o prædicãti: esse
mortuoꝝ resurrectionẽ: & iudiciũ: ac retributionẽ bonis & malis
pro meritis paratã: secundum diuinas & sacras litteras. Et spretis
atq; contẽptis temporalibus oibus: sola de reddẽda illic ratiõe co
gitemus: & quæ defensiõi nostræ expediũt: sollicita intẽtione tra

ctemus:cũ aſſiſtemus terribili ſupni iudicis ſolio:diéq̃ illã horrẽ
dã.& expaueſcendã horã:uoluamus aĩo iugiter.Hæc enĩ hora il
la eſt nimiũ ingemiſcẽda:plena doloribus quæ totũ diſcutit ſæcu
lũ.De hora iſta formidabili ꝓphete oẽs & apoſtoli prædicauerũt.
De die iſta ſcriptura diuina a finibus ad fines orbis terrarũ in ec-
cleſiis & locis oĩbus clamat:teſtatur atq̃ admonet dicens.Videte
ne quis ĩ hora illa cõfundat᷑.De hac hora dicebat ꝓpheta Dauid
Quoniã tu reddes unicuiq̃ ſecundũ opera ſua.De hac hora uo-
ciferatur apl̃s dicens.Videte quõ ambuletis.Terribile ẽ enĩ inci-
dere ĩ manus dei uiuẽtis.De hac dicebat dñs chriſtus.Contẽdite
intrare ꝑ anguſtã portam.Videte:uigilate:& orate ut ſitis parati:
quia neſcitis diẽ neq̃ horã:in qua dñs ueniet.Omnes igit᷑ ut præ
dixi deo pleni ac deiferi patres cũ dolore cordis exclamãt:prænũ
tiantes diei illius neceſſitatẽ.De die hac dicebat propheta Iſaias.
Ecce dñs ueniet diſꝑdere terrã:& perdere pc̃tores ex ea. Et idem
rurſus propheta ait.Ecce dñs ueniet:& merces eius coram illo: &
opus eius manifeſtabitur. Alius itẽ propheta clamat dicẽs. Ecce
dñs ueniet:& quis ſuſtinebit diem ingreſſus eius? Aut quis ſtabit
ad uidẽdũ eũ?Itẽ alius exclamat dicẽs. Dñe audiui auditũ tuũ &
timui:& igreſſus ẽ tremor in oſſa mea.Propheta rurſus alius cla
met:q̃ſi ex pſona dñi dogmata ſtatuẽs.In die ultiõis reddã ultio-
nẽ hoſtibus meis:& his q oderũt me retribuã.Et non ẽ q eruat de
manibus meis.Dauid iteꝝ q pr̃ dei appellari meruit dicit. Deus
manifeſte uẽiet:deus nr̃ & nõ ſilebit.Ignis ĩ cõſpectu eius ardebit
& ĩ circuitu eius tẽpeſtas ualida.De hac iterũ Paulus loq᷑ dicẽs.
In die q̃ iudicabit deus oculta hoĩum:ſecũdũ euãgeliũ meũ.Cla
mat & petrus ſũmus apl̃oꝝ dicẽs.Dies dñi ſicut fur ĩ nocte ita ue
niet ĩ q̃ cæli ſoluẽt᷑ igne:& elemẽta cõbuſta liq̃ſcẽt. Et qd ego de
ꝓphetis & apl̃is dicã?Ipe rurſus oĩum dñs dixit.Videte ne grauẽ
tur corda ur̃a ĩ crapula & ebrietate & curis ſecularibus:& repente
ſupueniat ĩ uos dies illa.Quaſi muſipl̃a &c.n.ſupueniet oĩbus ha
bitãtibus ſup faciẽ uniuerſæ terre.Hãc horã alto corde repetẽtes
ſcĩ oẽs:oĩa mũdi iocũda reliquerũt:opes:delitias:parẽtes:liberos:
frẽs ꝓpiquos & amicos:ſpretiſq̃ oĩbus ad deſerta fugerũt:& ĩ mõ
tibus:& ſpelũcis & cauernis terræ ſedes habuerũt:egẽtes:ãguſtia-
ti:afflicti:ne in illa hora cõfundant᷑.Nõ modo aũt uiri:ſed etiam
feminæ:pergentes artam & anguſtam uiam:regnum cæleſte ra-
puerũt.In chriſto enim Ieſu nõ eſt maſculus & femina:ſed unuſ-
quiſq̃ propriã mercedẽ recipiet ſecũdum ſuum laborẽ:ſicut ſcri-
ptũ eſt.Beati perfecti:beati qui bonis operibus ſtudent:beati qui

lugent:beati qui uigilãt in oratõibus:beati qui elemosynis inuigilant:beati qui diebus singulis suam salutẽ omni ad nisu opantur:beati qui ad ianuã christi lõganimiter pulsant: beatus homo qui attendit sibi ipsi:neq; facta aliena curiose rimatur:beatus homo qui peccatorũ suorum sarcinã dissipat:dum tẽpus poenitentiæ est:beatus qui emit oleũ ante quam soluat̃ ista celebritas:beatus seruus ille quem cũ uenerit dñs iuenerit sic facientẽ Beati sumus & nos frẽs:nisi pulsando fatiscimus:prorsus nãq; aperiet̃ nobis. Verax est eni ille qui dixit. Pulsate & apietur uobis:quærite & iuenietis:petite & dabitur uobis. Cõfugiamus ad eũ: pcidamus illi in poenitẽtia dicentes. Qui creasti nos:ne pdas nos. Ipse enim ait. Cõuertimini ad me & cõuertar ad uos. Et rursus. Eum qui uenit ad me nõ eiciã foras. Ipse nempe deus nr̃ est:ipse fecit nos cũ nõ essemus. Idcirco frẽs mei dilectissimi uigilate qa qua hora nõ putatis dñs ueniet. Propterea cõtendite intrare per angustã portã quæ ducit ad uitã æternã. Per hanc ergo frẽs icedamus uiã: ut uitam æternam consequamur:in christo Iesu dño nostro:quẽ decet oĩs gloria:honor & imperiũ cum patre sine principio: & cũ sãcto ac uiuifico spiritu:nũc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Sermo sancti Ephrem de poenitentia & de hora nouissima & iudicii die & retributione.

Incipit eiu'dẽ de iudicio:& resurrectiõe:& caritate:& cõpũctiõe

[V]Enite fratres mei omnes:audite cõsilium peccatoris & minimi oĩum Ephrẽ. Iã eni peruenit i nos o amãtissimi frẽs dies horribilis & expauescenda & magna: & tñ nos dilectissimi attollimur:itelligere nolẽtes quã sit hoc breuissimũ tẽps:i dq; melioribus rebus occupare negligimus:& oi studio deũ nobis ppitiũ facere. Ecce eni dies:mẽses:ãni ut umbra ut somniũ transeũt:celeriterq; ueniet magnus & pauẽdus dñi aduẽtus. Profecto eni terribilis peccatoribus dies ille iminebit:& his qui uoluntatẽ dñi opere exercere noluerũt:ut salui fierẽt. Queso itaq; carissimi frẽs uenite:abiciamus a nobis curã seculariũ rerũ: & mens nr̃a nulla ratione obligetur in terra. Cũcta quippe ptranseunt:euanescũt oĩa ac defluũt. Nihil nobis i illa hora pdesse poterit nisi bona opa. Tũc eni unusq̃sq; secũ portabit actus suos ac locutiões ante tremẽdi iudicis tribunal. Cõtremiscet.n.cor & expauescet:soluẽtur renes:cũ fiet illic manifestatio operũ:cogitationum:locutionũq; discussio. Magnus tunc metus erit frẽs mei:tremor ingẽs o amici. Quis oro nõ timeat:quis nõ cõtremiscat lamẽ

teturq; ac defleat:cum illa etiam manifestāda sint:quæ ī occulto nullo hominum teste patrauimus. Intelligite frēs ista quæ uobis exēpli gratia uestro affectu deuictus enuntio. Fructiferæ arbores ex intimis suis cū tempestiuū fuerit fructus ac folia ꝓferunt. Non extrīsecus unq̄ induūtur arbores decorē suum:sed ex se intrinsecus ex præcepto dei:singulæ producūt naturaliter fructū. Ita & in die illa formidabili:ꝓferēt singula hoīum corpora:quæ gesserūt oīa & bona & mala:& portabit unusquisq; ante horrendū tribunal xp̄i: actus suos uelut fructus:locutiōesq; ueluti folia. Ferent iusti fructū bonum ac iocundū:sancti itē fructum præclaꝝ ac uirentē præferent. Portabūt martyres tormentorū ac uerberū indicia:īsigne tolerātiæ. Monachi spiritalē exercitationē:cōtinentiā: uigilias:orōnesq; perpetuas ferēt. Porro peccatores hoīes profani atq; īpii secū illuc deferēt fructū turpē ac putridū:plenum cōfusionis: gemituūq; ac singultuū:uermē īmortalē ī igne inextīguibili. Terribile nimis ē fratres iudiciū illud:ubi sine testibus patebunt oīa: actus:uerba:cogitationes:& ītentiōes cordis. Quādo aderūt mille milia & milies millena milia angeloꝝ:archāgeloꝝ: cherubī: & seraphin:iustoꝝ atq; sanctorū:prophetarū & ap̄lorum. Quid igitur negligimus frēs mei dilectissimi? Tēpus ecce iā uenit:appropinquauit dies:cū occulta nostra oīa tremēdus iudex in lucē adducet. Si sciremus frēs quænā sint reposita nobis:die noctuq; sine ītermissione lugeremus:præcātes clementiā dn̄i:ut nos eximeret a cōfusiōe illa:sempiternisq; tenebris. Obstruet̄.n.peccatoris os ante tribunal illud horrendū. Cōtremiscet q̄ppe creatura oīs: ipsi quoq; sanctorum angeloꝝ ordines:a maiestate gloriosi aduētus ipsius. Quid igit̄ dicturi illi sumus ī die iudicii:si modo indulctū nobis tēpus negligenter amittimus? Ipse quippe lōganimis ē:nosq; oēs q̄tum in se est attrahit ī regnū suū. Sed ratio nobis de negligētia breuissimi istius tp̄is ponenda erit: ipseq; dicturus ē nobis: propter uos īcarnatus sum:ꝓpter uos manifeste ī terra ābulaui: ꝓpter uos flagellis cæsus:ꝓpter uos expalmatus:ꝓpter uos crucifixus:ꝓpter uos ligno affixus: acetoq; potatus sū: ut uos sanctos ac cælibes facerē. Regnū meū donaui uobis. Vos oēs ad me ip̄m īuitaui:patriq; obtuli:uobis scm̄ sp̄ūm misi. Quid plus his oībus facere potui & nō feci:ut uos salui essetis? Solā uoluntatē uestrā cogere nolo:ne uobis salus ex necessitate ꝓueniat. Dicite modo peccatores:& natura mortales:qd nā uos propter me dn̄m ꝑpessi estis qui propter uos passus sū? Ecce ergo regnū & uita præparata sunt:requies & gaudiū in sempiterno lumine. Ecōtra paratus

est æternus cruciatus in exterioribus tenebris. Quo quisq; uult ex
se ipso uadat arbitrio suo. Venite i idipm adoremus eũ: ploremusq;
oẽs coram dño q fecit nos dicẽtes. O dñe hæc oia ꝓpter nos ut
deus passus es: nos ãt peccatores bñficia tua semp irrita facimus
Tu dñe sine principio deus: natura incõprehensibilis: ipassibilis:
nullius rei idigens: gratuito dignatus es: per passionẽ crucis pctõ
res saluos facere: qui te nõ agnoscebãt: donans eis illuminationẽ
scientiæ. Quid ergo retribuet tibi peccatorꝝ genus: deo icõprehẽ
sibili: benignissimo misericordissimo: qui nõ natura sed ꝓposito
malæ uolũtatis ipii erãt? Prius ergo q̃ salutẽ assequeret: impium
erat oẽ genus nrm: & post hæc rursus uolũtate nostra peccatores
fuimus. Tu aũt dñe semp idem es: misericors: terribilis: & glorio-
sus: sæculorꝝ opifex portasq; ab initio iprobitatẽ nram: ꝓpter mul
tas miseratiões tuas: quas late i nos effudisti filios hoium. Deui-
ctus es dñe caritate tua: sanctisq; miseratióibus: ut ꝓ totius orbis
salute: crucẽ spõte subires. Hoc ego ut dicere ante oculos tuæ ma
iestatis auderẽ: tua me gratia docuit. Nã nisi uictus esses tuis mi-
seratióibus christe: teipm pro pctõribus sacrificiũ & oblationem
ꝑfecto nõ dedisses. Impleta est dñe serui tui mens: dulcedine: &
gratia: & caritate tua. Dulcescit semp: sempq; illustrat: & assidue
roborat. Sicq; tamẽ semp te irritat: ac seipm in amaritudinẽ com
mutat: dulcedinẽ dñi sui unigeniti filii semp habere nõ sustinẽs.
O splẽdor patris: lucẽ habitans iaccessibilẽ lux incõprehẽsibilis.
quæ gratia tua illuminasti orbẽ terræ: illumia obscuratum in me
oculũ. Latet eni in me obtenebratus oculus: illustra illũ quæso iu
giter gratia & miseratióibus tuis: ne a corruptore obscuret. Sicut
eni est dñe infirma mens nra: ligno nup plantato: quod semp au
ræ flatu leni: & aquæ irriguo idiget. Ita & ifirmus animus noster:
opus hẽt iugiter a gra tua roborari atq; illustrari. Sermo tuus dñe
apuit oculos: quos natura negauerat. Grãde miraculũ dñe in si-
loa cõtigit: cũ cecus receptis corpeis oculis: intrisecus quoq; pate
factis mẽtis oculis: melius illumiatus ẽ: ut iã sine timore prædica
ret: medicũ suũ deũ ac saluatorẽ esse. Illumina & cordis nri ocu-
los: ut diligamus te dñe & uolũtates tuas omi tpe: desiderabiliter
iplere satagamus. Quoniã uero siloa lõgissime a nobis abest: ec
ce calix uenerãdi & sacri sãguinis tui: uita plenus & lumie. Hoc
nobis calice itelligentiã: illustrationẽq; largire: ut ad illũ cũ fide &
deuotiõe: ac sacrificatiõe accedamus: sitq; nob ad pctõrꝝ remissio
nẽ: & nõ ad cõdẽnatiõem i die iudicii. Nã qui idigne accedit ad
sacrosencta mysteria. dãnat aiam suã: dũ nõ seipm prius studiose

purificat:suscepturus i suo thalamo regē. Aia nr̄a sponsa scā ē im-
mortal' spōsi:nuptiæ diuina sacra sunt:p que sancta aia iūgit' spō
so:dū digna mētis deuotiōe sumunt'. Attēde ergo tibi ipsi:ut tha
lamū tuū itegꝛ semp ab oi labe:imaculatūq; custodias: & regem
xp̄m cæleste spōsum excipe:tota intēt ōe desidera:ut i die aduen
tus sui māsionē apud te faciat cū patre suo:& corā sanctis āgelis
atq; archāgelis:sit tibi laus:& paradisum cū gl'ia:& gaudio ingē-
ti igrediaris. Quid.n.abs te iquirit deus o hō præter salutē tuam?
Ceteꝛ tu si negligas:& saluari nolis:rectasq; dei semitas nō pgas
& eius mādata seruare cōtēnas:tu te iterficis:ac temetip̄m cælesti
thalamo excludis. Deus sanctus:solus absq; pc̄tō:ipassibilis:nulli
us egēs:unigenito suo nō pepcit ppter te:& tu ifelix tui ipsius nō
misereris? Euigila igit' paulisp e somno:api os tuū:deprecare illū
abice abs te pc̄tōrum sarcinā:miserere tuimet:ora iugiter: lachry
mas indeficiēter effūde:fuge segnitiē:execrare torporē: nequitiā
odi:mansuetudinē dilige:desidera cōtinentiā:exercere ad quietē
assuesce silētio:meditare psalmodiā. Studiose dū tēpus est frater:
bōis te actibus occupa. Dilige deū ex tota aia:sicut ille dilexit te.
Esto templū dei:inhabitetq; i te altissimus deus. Aia eni quæ i se
ipsa habet deū:dei tēpli ē sanctū atq; reuerendū:diuinaq; myste-
ria i ea ministrant':eāq; sancti angeli semp obūbrare festināt. Nā
si dn̄s sedē habeat in aia:eam iccirco sci angeli oi studio honorāt
qm̄ templū est illorū dn̄i & regis. Beatus qui te ex tota aia dilexit
dn̄e:mundūq; & quæ sunt i ipso:oia propter te odit:ut te solū ha-
beat dn̄m:præclarā margaritā:thesauꝛ uitæ:teq; auidissime frua
tur. Qui sic diligit dn̄m sincere atq; integre:illius i terra aius non
ē:sed i cælis semp:ei quē dilexit inherens iugiter: quē tota concu
piuit aia:tota mēte sitiuit. Indeq; illustrat' ineffabili luce. Illic dul-
cedine caritatis dei saturat':gaudioq; pfunditur:& suauitate cari
tatis. Est eni reuera plenissima bonisq; cælestibus referta caritas
dei:beatusq; est qui illa gustata satiari nequit. Sed quis de illa di-
gne loqui poterit? Paulus ap̄l's qui hanc degustauerat: & ex illa
saginatus erat clamat & dicit. Neq; supra sublimitas:neq; infra p
funditas:neq; uita ipsa:neq; futura mors:neq; angeli omēs:neq;
p̄ncipatus:neq; ptātes:neq; creatura alia: si oēs in unum coeant:
separare poterūt a caritate dei aiam:quæ fœlicissimo dulcedinis
ipsius gustu saginata ē. Immortalis ignis est caritas dei: mirabili-
terq; i aia quæ ip̄ius desiderio tangit' operatur:limpidissimos illi
us efficit sensus. Eleuat' a terra:oditq; terrena: ut ip̄m solū quem
toto affectu dilexit solum cōtemplετur. Documento nobis sunt

martyres sancti:q pcepto illius gustu:atq ea satiati: fortissime cũ cta tolerarũt. Lene ac mole uiculũ est caritas dei: nec illã ualet anceps gladius scidere. Cõcidebant.n.tyrãni martyrũ membra: sed flagrantẽ in eius caritatẽ:nulla rõne cõscidere poterãt. O præclarum ac dulce uinculũ diuinæ caritatis: sublime atq mirabile: & quod nec scidi queat neq dissolui. Hãc i sanctis neq ferrũ rupit: nec ignis exsoluit. Cõcidebant frustratim mẽbra: sed caritas iuiolabilis durans nõ poterat rũpi: ardebãt mẽbra: nec tñ tã forte uinculũ soluebat. Submergabant sanctorũ corpora: uerũ caritas in ipsis mergi nõ norat. Vinciebant iustorũ mẽbra: ceterũ in illis caritas pænitus uinciri nõ poterat. Quis ergo nõ miret teneꝝ istud ac lene caritatis uinculũ: quod nunq̃ scindit: neq iterũ soluitur. Si quis integre sincerOq affectu diligit deũ: huiusmodi: caritate beatus est. Hãc enĩ dilectiõis gratiã dedit dñs ecclesiæ suæ: ut ipa caritate semp ornet. Hec enĩ sancta caritas dei pignus in aia est. Caritas in aia sancta colũna & firmamẽtũ est. Hæc itẽ caritas unigenitũ filiũ e sinu patris deduxit ad nos. Per ipsam caritatẽ uisus est iuisibilis. Per caritatẽ paradisi claustra patuerũt: p ipsã ligatus ẽ fortis: p ipsã caritatẽ: aia imortalis spõsi efficit sponsa: ut eius in ipsa aia spẽm ueluti p speculũ cernere libeat. Hac iductus caritate passus ẽ ipassibilis spõsus. Extra caritatẽ huiusmõi si fuerit aia cælesti dño grata & placida esse nõ põt. Verũ ipsius arbitrii libertatẽ deus cogere nequaq̃ uult. Quo circa pmisit illã arbitrio suo prout sibi placitũ fuerit cõuersari. Quis igit possit: qs ue sufficiat laudare & glorificare deũ ac saluatorẽ nostrũ: pro tãto & tã egregio munere: quod sola dignatiõis suæ gratia imeritis cõtulit. Gloria & diuinus honor sit ipius bonæ uolũtati. Audite frẽs fidele cõsiliũ meæ paruitatis: studeamusq dũ tẽpus habemus: caste semp ac deo digne corã illo cõuersari: ut spũs sanctus i nobis ihabitet: habũdetq i nobis caritas dei: ut ipius uolũtatẽ iugiter pficiamus. Nulla igitur frẽs præter hanc nos occupet cura: quo pacto.s. aia nostra inueniat in lumie. Nullis oro hãc uiculis cõpediamus terrenarũ rerũ: nullis curis opũ ac possessionũ deprimamus. Cæteꝝ uigiliis & orõibus: ieiunisq & lachrymis: ornare eã satagamus ut aliquãtulũ fiduciæ iueniat aia corã tribunali seuerissimi iudicis cũ adstabũt oẽs aiæ cũ metu ac pauore: qñ fiet illic discretio & separatio electoꝝ a pctõribus. Cũ assistẽt oues a dextris & a sinistris hedi. Certissime tenete frẽs mei qm̃ prope est aduẽtus dñi: ut reddat unicuiq secundũ opus suũ & scõs quidẽ & electos suos accũbere faciat in sempiterno lumine peccatores aũt & qui illũ irrita-

uerũt:æternis tradat cruciatibus. Beatus homo qui in hora illã fi-
duciã inueniet: audietq́ beatissimã uocẽ illã dicẽtis. Venite bñdi
cti patris mei: possidete oẽs regnũ meũ. Tũc se ipm̃ quisq́ cernet
in lumie: atq́ gloria iextimabili uidebit amictũ. Admiransq́ secũ
ita reputabit. Putas ipse ego sum. Et uñ hoc mihi: qbus ue meis
meritis cõtigit. Tũc pcedent ãgeli: cũ gaudio ingẽti: scõsq́ lauda
bũt & beatos prædicabũt: enarrãtes singuloꝝ cõuersationẽ: exer-
citationẽ: cõtinentiã: uigilias: oratiões: uoluntariã paupertatẽ: pse
ctã oium rerũ nuditatẽ: tolerantiã i siti: patiẽtiã in fame: pseuerã-
tiã in oratiõibus: gaudiũ i nuditate: pfecte in xp̃o caritatis causa
suscepta. Hæc oia cũ ineffabili gaudio de iustis prædicabũt. Rñ-
debũt ad hæc iusti dicentes. Nullum prorsus toto uitæ nostræ tp̃e
uirtutis indiciũ dedimus: nullũq́ i nobis recte factũ pœnitus iuẽ
tum ẽ. Rursus aũt illos admonebũt sancti ãgeli: locũ ac tp̃s deno
tãtes: admiratiõeq́ illorũ prorũpent i laudes dei: dãtes illi gloriã
q́ in cælis uideãt sanctoꝝ corpa: fulgẽtia ad istar clarissimi lumi
nis: quia se sup terrã spõte abiecerũt. Inuenerũt. n. in agro thesau-
rũ abscõditũ: uẽditisq́ oibus quæ hẽbant i terra: illũ sibi uidicarũt
ac p tolerãtiã i seipsis occultarũt præciosam margaritã: & imacu
latã uestẽ. Modicus ẽ frẽs exercitatõis labor: & magna illius cõso
latio. Paruus ẽ & ad modicũ tp̃is cõtinentiæ horror: & i sæcula sæ
lorũ erit i paradiso uoluptatis requies ipsius. Si qs sibi cõscius ẽ se
peccasse deo: & itentiõe laxata: ppositoq́ rigidiore molito spõte
deliquisse: ploret idesinẽter: ut p lachrymas diuinã cordi suo cõ-
ciliet grãm. Cõpũctionẽ sibi uidicet: corpusq́ oẽ lachrymis & sin
gultibus lauet. Grandis ẽ lachrymaꝝ uirtus frẽs: ml̃tũ apud deũ
lachryme possunt: qñ qspiã orans speculat̃ deũ: cordi illius deus
iugiter præsidet. Volo dilectissimi enarrare uobis q̃ta sit lachry-
marũ uis. Anna pfusis lachrymis Samuelẽ pphetã a deo accipe
meruit. Quãta i illius corde sublimitas: quantaq́ ierat gl̃ia. Por-
ro peccatrix mulier i domo Simonis: flẽs & scõs pedes lachrymis
rigãs: accepit adeo remissionẽ pctoꝝ oium. Cõpũctio frẽs aiæ me
dicina ẽ: cõpũctio dilectissimi scelerũ diluit sordes: remissionẽq́
culparũ nobis iugiter exhibet. Cõpũctio carissimi iesũ unigenitũ
dei: qñ ipsius flagramus desiderio: ihabitare facit i nobis. Cõpun
ctio frẽs ad se ipsã attrahit spũm scũm. Certi estote frẽs mei: qa ni
hil i terra dulcius ẽ gaudio quod ex cõpũctiõe puenit. Putas ha-
betis frẽs expimenta lachrymarũ. Nũ aliquis ex nobis illustratus
est gaudio illo lachrymaꝝ: quæ secũdum deum sunt. Si quis ue
strum lachrymarũ dulcedinem expertus ẽ cum oraret ex intimo

affectu cordis:is ꝑfecto eleuatus a terra oratiōis illius tpe: extra corpus ꝑsus effectus ē. Et qd extra corpus dico? Extra mūdum oēm eleuat̄: neq3 iā huiusmodi i terris est. Cū deo loquit̄ illustratur a xp̄o: sanctificat̄ a sp̄ū. Grande miraculū fratres hō terrenus ac luteus sanctæ ac mūdæ orōnis suæ tpe cū deo loqtur. Lachrymæ quæ secundū deū sunt: aiam ab oi semp peccatoꝝ labe purificāt: eāq3 iugiter a pc̄tis emūdant. Cōpūctiōis lachrymæ: dei semper cōfidentiā præstāt. Nō præualēt cogitatiōes sordidæ illi unq̄ aīe appropiquare quæ cōpunctōis meruit grām. Beatus qui secūdū deū semp & ubiq3 cōpungit̄. Quid oro hac dulcedie celsius? Quid tanta puritate sublimius? Quid suauissimæ ac beatissimæ cōpūctioni cōferri poterit? Speculat̄ deū ip̄m aīa tā fœlici ditata munere: atq3 ad eū cōfidēter accedit. Aīa quæ deū ueraciter desiderat frēs: in orōne sua illū semp intuet̄. Illū die noctuq3 ꝑpetua meditatiōe cōplectit̄. Thesaurus ē iuiolabilis sacra cōpūctio: gaudioq3 ieffabili tripudiat aīa: quæ cōpūctione lætat̄. Cōpūctiōem uero nō mometaneā dico: neq3 diei unius: sed quæ die ac nocte aiam iplet. Cōpunctio frēs i aiam ē ueluti purissimus fons: rigās aīe fructiferas arbores. Eas uero arbores: uirtutes ac recte facta itellige: qbus adhibet̄ semp lachrymarū atq3 orationū salubris irrigatio. Huiusmodi nobiles atq3 fructiferas uirēteśq3 arbores i aia tua iugiter plātare contēde. Riga illas lachrymis orans. Arbores quæ orōibus lachrymisq3 irrigant̄: fructus amœnissimos ac putiles ferūt. Neq3 foliis tuis pulchritudo & utilitas o aīa deerit. Riga frater idesinēter arbores tuas. Lachrymas ꝓfunde dū oras: ut irrigatæ succrescāt: fructusq3 uberes i dies ferāt. Noli esse remissus: neq3 teporē peccatoris imiteris: qui dicit semp: & nunq̄ facit. Huius torpet intētio: laxaturq3 propositū: quia puritate orōnis: & grā cōpunctionis caret. Qui se semp agnoscit peccatorē: futurūq3 iudiciū iugiter trepidat: quippe excusatiōe oi destituitur: nihilq3 ꝓ negligētiæ suæ purgatiōe quod afferat habet. Precor itaq3 uos sācti fratres mei: qui timetis deū: & quæ illi placita sunt ope ipletis: præces illi ꝓ me misero & peccatore porrigite: ut ueniat sup me sancta ipsius gratia: per orationū uestrarū suffragia: saluetur q3 aīa mea i hora illa terribili & metuēda: cū uenerit xp̄s reddere cuiq3 secūdum actus suos. Gloria unigenito deo: immortali: sancto & immaculato: glorioso atq3 terribili: benigno atq3 misericordi: qui līguam nr̄am per gratiam suam mouere dignatus est: ut modularetur uerba iudicii: caritatis: & sancte cōpūctiōis: i ædificationē aiaꝝ: & illustrationē cordiū: mentiūq3 utilitatē: ut oīs aīa quæ ista

modulatur:repleta dulcedine trahatur in æternã uitam. Amen.

Eiusdem de iudicio & resurrectione:incipit.

Enite oẽs fratres mei:audite me pusillũ Ephrẽ mentẽq; nfam iudicẽ cõstituamus.ut corda nr̃a diligentius discutiẽtes agnoscamus:an quẽadmodũ diuinitus ĩspiratæ scripturæ præcipiunt:ita ambulamus.Nõ ergo irritemus spũm scũm:quo signati sumus.Ac siquidẽ aliqs bonoꝝ sibi operũ cõscius ẽ:studeat incremẽta gratiæ ꝓmereri:quam accepit per humilitatẽ ab amatore hoium deo. Sin uero peccatorũ consciẽtia mordemur:cur quæso negligimus carissimi frẽs. Ecce enĩ ꝑuenit ĩ nos frẽs dies illa horribilis:in qua obscurant̃ solis radii: & astra decidũt: ĩ qua cælũ ut liber cõplicatur: ĩ qua tuba igentẽ atq; terribilẽ emittet sonitũ:oẽs qui ab initio sæculi mortui erant exsuscitans. In qua euacuant̃ abditissima iferni loca ad iudicis uocẽ:ĩ qua aduenit xp̃s in nubibus cũ sanctis angelis iudicare uiuos & mortuos:& reddere oibus iuxta operũ merita. Formidabilis ꝑfecto est xp̃i gloriosus aduẽtus.Pauendũq; miraculũ ẽ o amici:cernere cælos repẽte disrũpi:agitari terrã:atq; exurgere mortuos.Restituet &.n.terra corpus hois quale suscepit:siue id a fera discerptũ:siue ab aue cõmestũ:siue a quouis animãte deuoratũ fuerit:ne unus quidẽ capillus hois in conspectu iudicis deerit. Nãq; diuiæ uolũtatis ĩpio ĩ corruptionẽ mutãt̃ oẽs:corpusq; ĩcorruptũ recipiẽt singl̃i.Cæteꝝ iustoꝝ corpa septuplũ supra sol̃ fulgebũt radios:pc̃tõꝝ uero tenebrosa inuenient̃ & fetore plena. Quippe hois corpus ĩpius opa & actus præferet. Vnusqsq;.n.nr̃m actus suos ĩ suo gestabit corpe. Grauis nãq; tũc nr̃oꝝ opeꝝ ac t̃ribilis agitabit̃ discussio.Nã siue ꝑ uerba qspiã siue ꝑ cogitatões peccauit:assistẽt illi tũc oia.Et siue bõa gessit ĩ corpe seu mala: manifestissime illa ĩtuebit̃. Nã quocũq; aciẽ ĩtẽderit:actus suos corã se cernet expositos.Cõtẽdamus itaq; frẽs:atq; oi studio nitãur euadere obprobriũ illud ñ ferẽdũ:horrẽdãq; illã cõfusionẽ:quæ tunc pc̃tões oẽs una ĩuoluet deuitare:bonorũq; illoꝝ ꝑticipes fieri curemus:quæ præpauit xp̃s oibus iustis:quæ ocl̃us nõ uidit:nec auris audiuit:& ĩ cor hois nõ ascẽderũt:ĩ quæ desiderãt ãgeli ꝑspicere.Cum.n.e cælis descenderit xp̃s:cõtinuo ignis inextinguibilis ubiq; ĩ conspectu iudicis currẽs opiet oia.Nã & quod sub noe factũ est diluuiũ:huius edacis ĩcendii figura præcessit. Sicut enĩ illud oẽs operuit mõtiũ uertices:ita & ignis ille tũc occupabit uniuersa. Tunc undiq; discurẽt angeli:& rapient sanctos omẽs atq;

fideles in nubibus obuiam christo cũ gloria. Festinemus ergo ó amici & oĩ studio nitamur digni repiri: qui sic rapiamur: ut sine quærela: & absq; ullo crimine corã terribili atq; horrẽdo tribuna li: tũc possimus assistere. Quã beatus. n. ille ẽ: qui dño ac regi ma iestatis occurrit ĩ nubibus: sicuti cõtra quã ĩfœlix est: & oĩ lachry-marũ fõte lugẽdus: q tã btõ priuat᷑ occursu. Nã q sic rapti nõ fue rint ĩ nubibus cũ glĩa: se pctõres eẽ impiosq; significant. Nõ ergo negligamus fidelissimi frẽs. Ecce. n. stadiũ oĩbus patet. Dũ igitur tp̃s habemus: elaboremus uincere pniciosa corpis atq; aĩe uitia. Supemus libidinẽ sicuti castissimus Ioseph: nõ solũ corpore: sed etiã cogitatiõe: puri ĩtegriq; psistẽtes. Ita. n. pfectus uir pudicitiæ studere debet. Nam q mulierẽ aspicit ad cõcupiscendũ iã mecha tus ẽ eam ĩ corde suo. Quippe corpis actus plimæ sæpe occasio-nes auerterũt: mẽtis aũt atq; cogitatiõis opa sine labore gerũtur: & absq; ĩpedimẽto cõsumant᷑: huiusmõi est quod dico dilectissi mi. Sepe qspiam ex nobis ĩpudicis oculis aspexit mulierẽ: cõsen-sitq; cogitatiõi suæ: statiq; præteriit. Eiusmõi capreæ silĩs ẽ spiculo uulnerate: quæ cũ sæpe uenatoꝝ effugiat manus: sagitam tñ infi xam gestat ĩ iecore. Nam siqs ex nobis turpi cogitatiõe supet᷑: hic iam ꝑpter deũ pudicus nõ ẽ. Nisi. n. obsistat hoĩum metus: conti neatq; aut periculũ aut uerecũdia: & corpus ꝑfecto cũ aĩa ingna re nõ metuet. Nõ igitur iam ille pudicitiæ corona donat᷑: sed ut q hoĩbus placere gestierit: humanamq; honestatẽ: diuino timori prætulerit: nisi agat pœnitẽtiam: sẽpiterno igne torrebit᷑. Quod si præuẽtus qs: ac ꝑpria fuerit cogitatione superatus: iflictũ sibi cõ cupiscentiæ uulnus: pœnitentiæ remedio curare ꝑtinus studeat. Fugiamus itaq; frẽs noxiam cõcupiscẽtiam. Hæc. n. gloria nuda uit Euam: ut modici gustus libidine rapetur. Hæc diluuiũ iuexit sæculo. Viderunt eñi filii dei filias hoĩum. & ad eas delapsi fede inquinati sunt. Ista ægyptiam uesano castissimi Ioseph fecit amo re flagrare. At uero decorus ille sanctusq; adolescẽs diuino timo re munitus: aspidem sibi e uicino insidiantem: imo intra se inclu sam superauit. Ista fortissimũ ac terribilem cunctis & insuperabi lem nazareum sampsonẽ illum captiuauit. Et qui quondam cru ẽtum leonẽ discerpserat: & mille uiros asini: maxilla percusserat: postq̃ libidine superatus cum uipera habitare consensit: conti-nuo crines illi defluxere: oculisq; miserabiliter orbatus: protinus ridiculus cunctis apparuit. Ita & dauid dum concupiscentiæ ma nus dedit: fidelissimum occidit uriam. Sic nabuthe per illicitam regis concupiscentiam periit. Hec & infœlicissimum iudam: ut

christū traderet īpulit. Beatus ergo ille est qui oēm cōcupiscentiā fregerit atq; supauerit: auditus. s. uisus: olfatus & tactus: coronāq; pudicitiæ corā xp̄o portauerit. Gloria deo Amē.

Eiusdem de uita: & exercitatione monastica. incipit.

Olor me in uerba cōpellit: & idignitas mea ut taceam īperat. Cordis mei cruciatus purgent loqui: & peccata mea silentiū potius tenere suadent. Quoniā igit̄ utrinq; angustor: expedit mihi magis loq: ut sic a mærore cordis mei requiescā. Aīa mea doloribus plena ē: & oculi mei lachrymas cōcupiscunt. Quis dabit capiti meo aquā: & oculis meis fontē lachrymarū: ut plangā īdesinēter die noctuq; uulnera aīe meæ: nimiāq; mollitiē institutiōis monasticæ ætate nostra uigētē. Est. n. mille pforata uulneribus: & ignorat. Quippe illius tumor atq; iactantia: uulnera sua considerare nō sinit: ut sanet̄. Quā dissimilis ē hæc īstitutio: illi quæ patꝝ nostroꝝ memoria floruit: in qua pseuerantes iter spinas & tribulos: hereticos. s. atq; īpios hoīes: fulxere ut luminaria in mūdo: & tanq̄ præciosi lapides: & margaritæ carissimæ enituere: quoꝝ ipsi quoq; inimici & aduersarii: ob summā illorū castissimāq; conuersationē imitatores effecti sunt. Quis enī illorū eximiā intuēs humilitatē: cōpūctus nō est. Aut q̄s eo:ū mansuetudinē ac silentiū cōsiderans: stupore cōprehēsus nō est. Quis uero pecuniæ cupidus illorū altissimā pauptatē & nuditatē rerū oīum pænitus aspexit: & nō cōtinuo alto corde mūdi odiū cōcepit. Quis rapinis inhians aut supbus uitæ ipsoꝝ honestate mūditiaq; pspecta: i æquitatem mutatus nō est. Quis īpurus aut pfanus: illos oratiōi incūbentes uidit: & nō ptinus pudicus & castus euasit. Quis ira uel furore feruidus: ex eorū aspectu atq; colloq̄o nō in māsuetudinē transiit. Hic igit̄ illi certauerūt: atq; ideo illic exultāt: q̄m & deus glorificatus est ī eis: & illorū exemplo hoīes ædificati sunt. At uero nostra īstitutio relicta rectitudine itineris: p precipitia fertur: & asperas īcedit uias. Neq; enī est hoc tēpore: qui ppter deum opes ac pecunias deserat. Nō ē qui ppter æternā uitā renūciet sæculo Nō est mitis: nō humilis: nō est quietus: nō ē disciplinatus. Nō in quā est q acceptis iniuriis æquanimiter ferat. Non ē qui cōtumeliis & maledictis uicē referre nō appetat. Verū oēs contētiosi: oēs iracundi atq; furiosi: omnes desides: omnes in indignationē pni sunt. Omnes uestiū sectant̄ ornatus. Omnes gloriæ inanis cupidi: omnesq; sui amatores sunt. Nam his quidem qui ut instituat̄

Vide Crisostomum de [illegible]

accedit:instituere alios uult:ꝑus quã se patiatᷣ īstitui:& ante quã doceatur docere appetit.Priusq̃ discat iura legesq; ferre ābit. Anteq̃ syllabas iūgere nouerit philosophatᷣ:& anteq̃ subdatᷣ:subicere atq; īperare gaudet:priusq; quã corripi sustineat corripit. Ac si quidē prouectior sit:cū suꝑbia:præcipit:sinautē iunior cōtradicit atq; reluctatᷣ senioribus.Quod si diues fortassis ē:honorari protinus expetit:si aūt pauꝑ:cōtinuo aspirat ad requiē:sin uero opa-rius & rusticus:duras manus & callis obsitos digitos:ī mollitiem statim ac delitias soluere nititᷣ. Quis itaq; non ploret dilectissimi summã religiosi īstituti cladē?Ecce enim qui sæculo abrenūciaui mus:adhuc terrena sentimus & sapimus. Agrestes & rustici despiciūt terram:& nos qui spiritales esse uidebamur:terrenis cōpedimur curis. Nescimus ad qd uocati simus frēs. Ignoramus dilectissimi ad qd uenimus. Ad continentiã uocati sumus:& ciborū uarias exquisitasq; delitiamus excogitamus. Nuditatē persequi uenimus:& de uestiū sumus splēdore solliciti.Ad obediētiæ tutissimū sinū euocati:cōtentiose resistimus.Mãsuetudini:& humilitati atq; silētio dare operã ꝓfessi:cōtrariã oēs incedimus uiã.Legētes nō intelligimus.Audiētes:quæ dicuntᷣ non auscultamus dilectissimi.Siqs forte dū iter agit:iugulatū hoīem repente cōspiciat pallescit facie:corde terretᷣ.Nos cæsos apl̄os legētes:prophetasq; lapidibus obrutos ridemus.Et qd de ꝓphetis & apostolis dicam. Ipsum deū nostrū in ligno pendentē:occisumq; ꝓpter scelera nostra audiētes ac legētes:elatione timidi ridemus.Sol nō ferēs cōtumeliã dñi:subduxit radios: splendorēq; suū conuertit in tenebras:nos ex nequitiæ nostræ tenebris cōuerti in lucē iustitiæ nolumus.Velū tēpli cum nihil peccasset: seipsum discidit mediū:nos ꝓpter peccata nostra : corda cōpungere nolumus. Terra iugiter metuēs a facie dñi tremit:atq; ad terrorē nostrū sub pedibus nostris agitatur:nos ne sic quidē pauore cōcutimur.Vrbes terræ hiatibus absortæ:locaq; desolata sūt plurima a facie iræ dñi:nos nulla formido cōmouit.Sol iã semel & secūdo suꝑ nos die media tenebris obductus est:neq; sic terroræ corripimur.Persarū bella barbarorūq; cōmota sunt:ꝓuinciãq; nr̄am uastauerūt:ut nos deum uel ꝑ flagella timeamus:qbus opus ē magna ꝑfecto pœnitentia: nō dierū aut mēsum:sed annoꝝ oio plurimorū:& ne sic quidem pœnitere uoluimus.Resipiscamus igitᷣ ad pœnitentiã frēs mei : ut deū pro peccatis nostris placare possimus. Deprecemur illū: qm̄ ad iracundiã eū prouocauimus.Humiliemur:ut ab ipso exaltari mereamur.Ploremus ut nos in futura uita lætificet. Lugea-

mus hic:ut ibi cõsolemur. Abiciamus a nobis curã oẽm sollicitu dinẽq; carnalẽ:& iduamur uirtute sicut uestimẽto:nos præcipue qui ad hãc angelicam uitam puenire meruimus. Ita dilectissimi mei:ita obsecro:modũ ac normã quam præclari ac pfecti illi patres nostri tradiderũt oĩ studio arripiamus. Ne.s.hodie abstineamus:cras uero distẽdamur epulis. Ne hodie aqua ipsa abstinẽtes cras etiã uinum reqramus. Ne nudis hodie pedibus:crastina calceos caligasq; sumamus. Ne hodie cilicio: cras mollibus ac delicatis uestibus opiamur. Ne hodie simplicẽ cultũ:cras ornatũ expectamus.ne nũc mites atq; hũiles:post paululũ uero elati supbi q; simus. Ne hodie qeti atq; obediẽtes:cras ĩdisciplíati rebellesq; uideamur. Ne hodie ĩ gemitu & eiulatu:post modicũ aũt in risu ac resolutiõe simus. Ne hodie humi qescamus:cras uero plumis mollioribus utamur. Sed unã nobis regulam dilectissimi statuamus:p quã deo grati esse ac placere possimus:nobisq; ipsis ac pximis nostris utiles eẽ ualeamus. Quod si solitarius per abstinentiam teipm cõficis atq; mortificas:dũ tibi ministratur a plurimis: offensam caue. Si uero ĩ multitudine uixeris: audi dicentẽ dñm tuũ. Quecũq; uultis ut uobis faciant hoíes:& uos facite illis silr. Quod si tibi semper ministrari necesse sit: ob perpetuã corporis infirmitatẽ:uide & attẽde sollicite ne pximo noceas. Idcirco autẽ & sancti ac pbatissimi patres:iactis firmiter unicæ normæ fundamẽtis pfecti inuenti sunt. Nam eã regulam quã semel assumpserant:usq; ad fiuẽ uitæ absq; impedimento tenuerũt. Alii eni qnquaginta annis : alii pluribus : uno continentiæ suæ gradu indefessi cucurrunt:nũquam immutantes uitæ ordinem: ingentẽ s.præclaramq; atq; irreprehensibilẽ ciborum linguæq; continentiam:lecti duritiam:humilitatẽ:mansuetudinem:fidem:atq; caritatem:perfecti spiritalisq; ædificii culmen:nuditatem præterea:& ab omnibus mortalibus ac fragilibus rebus quietem : ac uitam uirtutibus plenã:uigiliasq; & orationes assiduas:cũ lachrymis & salubri cõpunctione profusas. Risum illi ultra serenitatẽ uultus progredi nunq̃ permittebant. Superbia pænitus ab eis conculcata est. Ira atq; indignatio:nullum in eis locum habuerũt. Aurum & argentũ:in nihilum computauerũt:seq; ipsos omnino ab omni sorde mũdos nitidosq; reddiderunt. Idcirco deus quoq; ĩ illis habitauit:atq; in eis glorificatus est. Quiq; illos aut ĩspicere aut audire meruerunt:deo gloriam dederunt. Nam nisi quis se ipsum ab omni opere malo:sordidisq; cogitatiõibus : & nequissimis affectionibus:ira quoque & indignatione : & inuidia atq;

ſupbia:& uanagloria & odio:cõtentiõe:ac detractiõe:& auaritia:
oibuſq; ne p ſingula numerẽ:que odit deus:expurgare cõtendat
pcul ab illo aberit deus. Cæterũ ſi quis ab his oibus:purũ ſe ima-
culatũq; cuſtodiat:i illo ueluti i ſede gratiſſima libẽter inhabitat.
Dic eni quæſo:ſi quis te in cenũ picere uellet:ut ibi iugiter mora
reris:nũ eam iniuriã patiẽter feres. Quod ſi tu q uermis es id nõ
ſubſtines ppeti:qua ratiõe uis illũ qui imaculatus:icontaminatus
ſoluſq; ſanctus ẽ:qui i ſanctis reqeſcit:i te ihabitare:qui fetorẽ ce-
nulentũ ſpiras. Emũdemus itaq; nos ipſos dilectiſſimi:ut ihabi-
tet i nobis deus:ut ea quæ pmiſit adipiſci mereamur. Ne quæſo
nomẽ ſanctũ eius uiolemus:quod inuocatũ eſt ſup nos:neq; pro
pter nos blaſſemet' nomen dei noſtri. Pareamus nobis ipſis:intel
ligentes nomen noſtrũ ex ipſius nomie eſſe deriuatum. Chiſtus
enim ipſe:nos chriſtiani appellamur. Spũs eſt deus noſter: & nos
itaq; ſpiritales ſimus. Vbi enim ſpiritus domini ibi libertas. Stude
amus igitur hac libertate frui. Conſideremus quanta nos igenui
tate donauit:qua conuerſatiõe dignos exiſtimauit. Agnoſcamu s
quoniam ad nuptias ſuas inuitauit nos:noſq; ipos ita diligamus
quemadmodum ab ipſo dilecti ſumus. Deſideremus illum ut
nos ipſe glorificet. Caueamus ne duplex a nobis in die iudicii
pœna exigatur:ſi corpore mũdum deſerẽtes:animo mũdi mala
negociaq; uerſemus:ſi pecunias deſpicientes: illarũ adhuc cura
implicemur:ſi carnalia fugiẽtes:rurſus quæ ſunt carnis perſequa
mur. Quocirca timeo ne nobis dies illa repente ſuperueniat:iue
niamurq; nudi & miſeri atq; imparati :ac poſtea nos ipos fruſtra
cõcidamus. Hoc ipſum quippe paſſi ſunt & i diebus noe. Come
debãt eni & bibebãt:nubebãtq; & ad uuptias tradebant:& nego
ciabãtur:cũ repente diluuiũ ueniens inuoluit omnes. Erat tũc p-
fecto mirabile ſpectaculũ frẽs:cernere feras animantes in unum
cogi:elefantes ex idia & perſide aduenire:leoneſq; & pardos mi-
ſceri ouibus:eaſq; nõ ledere. Serpẽtes ac pẽnatas aues: nemine i-
pellẽte accedere:& circum arcam excubare:idq; p dies plurimos
ipſumq; noe ſtudioſe fabricari arcam:illoſq; magnis uocibus ad
pœnitentiã hortari. Neq; ſic tamen illi pœnitere uoluerunt: neq;
tot mirabilibus inſpectis:cõuentuq; multorum animaliũ cõpun
cti ſunt:ut ſaluari mererent'. Metuamus ergo dilectiſſimi ne &
nos eadẽ patiamur. Que fuerãt ſcripta cõpleta ſunt:& quæ erant
predicta miracl'a finẽ acceperũt:neq; iã reſtat niſi ut antichriſtus
reueletur. quod breui futurũ expectatur. Namq; cum impletum
fuerit romanorũ regnum:omnia conſumari neceſſario oportet.

Igitur qui saluari uult: uirtutes studiose sectet. Qui celeste regnū desiderat īgredi: negligentiā a se penitus excutiat. Qui cupit gehēnæ ignibus eripi legitime certare cōtēdat. Quiq; imortali uermi pabulū esse expauexit uigilet ac sobrius sit: q exaltari appetit sese ꝑrsus humiliet. Qui cōsolari uult fleat: & qui dn̄i thalamū ingredi parat: lucidā lampadē ꝑferat: & oleū i uasis sumat. Qui ad illas nuptias iuitari expectat: uestē splendidā præparet. Est.n. illa regia ciuitas plena lætitiæ & gaudii: plena decoris & luminis dulcedinēq; ac suauitatēq; æternæ uitæ cōiunctā: cūctis in ea habitātibus manat. Si qs igit æterni ipatoris ciuis & familiaris appetit fieri: celeriter ꝑgat. Nā dies iā inclinat i uespam: nullusq; qd sibi i uiæ mora occursuꝝ sit nouit. Veluti siqs uiator sciēs itineris ꝓlixa spatia: fatiscēs usq; i uesperā dormiat: deīde sōno excitus inclinata iā die ꝑgere icipiat: atq; in ipso uiæ initio: tonitrua illū & fulgura: tribulatiōesq; ac tumultus undiq; exagitēt: ut neq; remeare domū: neq; ad destinatū locū progredi queat. Ita & nos dū tēpus pœnitentiæ congruū accipimus: si pœnitere negligimus: supplicia ꝓfecto luemus. Sumus eni hic aduenæ & peregrini. Studeamus igit i patriā & ciuitatē nr̄am pleni bonorū operū opibus: cū festinatiōe remeare. Negotiatores spiritales sumus frēs mei: quærētes præciosā margaritā quæ xp̄s ē: saluator noster: lætitia & gloriatio nostra: thesaurusq; noster: quē nullo furū scelere possimus amittere. Festinemus itaq; acquirere illū atq; possidere. Fœlix ꝓfecto atq; beatissimus qui illū curauit acqrere: cōposq; illius effectus i ipso glorificatus ē: sicuti cōtra ifœlix ē atq; miserrimus: qui illū possidere neglexit: qui ē cōditor oīum. Huiusmodi.n. seipm ꝑditioni atq; æternæ exposuit morti: dū noluit eū possidere atq; ab illo possideri. An ignoratis dilectissimi fratres. qm̄ uitis ueræ quæ xp̄s est palmites sumus? Caueamus igit ne quis ifructuosus inueniat. Nam pater ueritatis agricola ē: qui hāc ueritatis excolit uitē: eosq; qui fructuosi sunt studiosius colit: ut copiosiorē referāt fructū. Qui uero fructū nō ferunt: eos excidit atq; extra uineā proicit: ut igni exurant. Idcirco sollicite uobis ipsis attendite: ne ifructuosi iueniamini: & excisi igni sempiterno tradamini. Semē sumus bonū dilectissimi: quod seminauit paterfamilias christus cæli terreæq; creator & dn̄s. Iam tēpus messis aduenit: messoresq; paratas manibus detinēt falces: solumq; ipsius expectant nutū. Videte igit: ne quis ur̄m inueniatur esse zizania: & in fasciculos religatus cōburatur i sæcula. Nō intelligitis fratres quā terribile pellagus nobis trāsferendū est? Perfecti quoq; sapientissimiq; ne-

gociatores paratas hñt merces suas: substinétq; cũ gaudio: dũ illĩ cõmodus uẽtus aspiret: ut trãsmisso pelago ad uitæ applicẽt portũ: ego aũt & mei siſes: quiq; torpore & ignauia tabescimus atq; deficimus: nullã aĩo sollicitudinẽ gerẽtes: neq; aduertẽtes ĩfestissimũ hoc pelagus necessario nobis eẽ traiciendũ. Quocirca timeo nequãdo repẽte afflauerit uẽtus: iparati iueniamur & mime instructi: ligatisq; manibus ac pedibus ĩ naui iniecti: illic ploremus dies negligentiæ nr̃æ atq; socordiæ: dũ alios exultãtes ouantesq; cernemus: nos ipsos aũt tribulatiõe ac dolore ĩeffabili undiq; obsessos. Nãq; portus ille negotiãtiũ est: in quẽ unusqsq; cũ suis opibus intrat. ꝓpriisq; illic ditatus mercibus exultat atq; gloriat᷑. An ignoratis frẽs: qm̃ ad nuptias uocati sumus in qbus rex regũ serenus accũbit? Quid ergo negligimus? cur hic nõ tota iutẽtione curamus parare nobis splẽdidã uestem: lucentẽq; lãpadẽ: atq; oleũ ĩ manibus sumere? Nõ cogitatis quia illuc nemo nudus ingredit᷑. Quod si qs temere fuerit igressus: carẽs ueste nuptiali: nostis qd patiat᷑ huiusmodi. Iubẽte. n. rege uinctus pedibus ac manibus ꝓicitur in tenebras exteriores: ubi fletus erit: & stridor dentiũ. Quapropter uigilemus dilectissimi: ac sobrii simus. Timeo equidẽ: ne nos a thalamo illo uitia nr̃a passiõesq; ꝓpellant. Non ergo solo exteriori habitu religiõem p̃feramus: intus carnalia uitia circũferentes. Quãquã & ip̃e cultus exterior: mẽtis nostræ sæpe index ẽ. Quippe ornatus uestiũ: nos sæpe terrena significat: uestisq; accurate cõposita: uera illa gl̃ia nudos esse testat᷑. Amor gloriæ uanitatem arguit nr̃am: ciborũq; delitiæ: gulæ ac uẽtri deditos clamant. Negligẽtia nostra: lãguentis aiæ & iertiæ sopore depressæ certum argumentũ est. Possidẽdi plura quã satis est studiũ: q; christũ non desideremus accusat. Inuidiæ pestis caritate nos uacuos indicat. Manuũ nostrarũ ac pedũ solẽnis ablutio: passionibus nos seruire declarat. Per liguæ officiũ quid cor nr̃m desideret aperit᷑. Quod eni appetit animus: hoc lingua ꝓferre consueuit: atq; ex motu labiorũ mẽtis promunt᷑ occulta. Vbi eni os nostrũ apimus: amota ianua atq; custode: sermo quoq; nr̃ passim temereq; progredit᷑: ex uerbis aũt: cordis arcana patefiũt. Os eni quod animi secreta non seruat: furatur illi cogitatiões suas: & dum in sua se sede mẽs cõtinere se putat: oris temeritate uulgat᷑: & se nõ uideri existimãs uerbis ostẽditur. Blandũ detractionis uirus dũ libenter hauritur: aiæ odio pcussæ certũ indiciũ est. Nõ igit᷑ se quispiã fallat: ut exteriori religiõis habitu esse aliqd putet. Nã qui se per huiusmodi

apparentē speciem fallere existimat frēm: seipsum potius fallit ac decipit. Ecce eni religiōis illa puersa simulatio: quā sit falsa protinus idicat. Nēpe eni si itentiōes cordis eius addiscere cupis: aurē tuā admoue illius ori: discesqꝫ diligēter: utrū cælestia: an tetrena uersēt aio: spūalia an carnalia cogitet: uoluptates an cōtinentiā ambiat: nuditatis rerū oium: an appetitus amore teneaťꝰ: caritati an odio seruiat. Nāqꝫ de thesauro cordis: os ꝑmit escasqꝫ ad se accedētibus porrigit. Et officiū linguæ: hoīsqꝫ cōuersatio: quid cordi sit insitū aperit: christi ne an sæculi amor. Atqꝫ inuisibilis aīa: qualis sit pactus proprii corpis cerniťꝰ: bona. s. an mala. Bona quidem per naturā est: ceterū ex uolūtate liberi arbitrii mutaťꝰ i malam. At fortassis dixerit quispiā passiōes huiusmodi naturales eē: eosqꝫ qui illis seruiant sine culpa cōsistere. Attēde tibi ipsi miser: & caue ne bonū boni dei opificiū in crimē uoces. Fecit eni deus oia bona ualde: naturāqꝫ nr̄am bonis ac præclaris ornauit actiōibus. Exēpli gratia. Esurit quisqꝫ ꝑ naturā: nō culpatur si moderate cōmedat: cæterū si imoderate manducet: reprehēditur. Est eni naturalis esuries. Sitit quispiā similiter per naturā: nō subditur crimini si bibat modeste: sin uero ultra modū biberit: reprehensionibus patet. Et sitis eni naturalis ē. Dormit rursus aliquis ꝑ naturā nō erit in crimine si moderate dormiat: qꝫ si mensurā necessitatis excedat culpabiťꝰ merito: quidpe qui se ip̄m negligentie addixit ac somno: naturāqꝫ in modici somni consuetudine captiuari fecit ac uinci. Porro natura & cōsuetudo: utræqꝫ testes sibi inuicem sunt atqꝫ præcones. Natura seruitiū indicat: consuetudo uoluntatis propositū exprimit. Ex utrisqꝫ enim homo consistit. Voluntas autem cum sui iuris ac libera sit: ueluti agricola est: nature enim inserit cōsuetudines malas: optimasqꝫ uirtutes: ut sibi libitum fuerit. Cōsuetudines malas hac inserit ratiōe. Esuriei: gulam: siti: immodicum potum: somno: negligentiā: & insatiabilem dormiēdi appetitum: aspectui cogitatiōem malam: ueritatiqꝫ mendatiū inserit. Virtutes item bonas hoc inserit ordine. Cibo innectit continentiam: siti tolerantiam: somno uigilias: ueritatē mendatio aspectuiqꝫ pudicitiam inserit. Voluntas enim nostra quæ figuram seruat agricole: in ictu oculi consuetudines malas radicitus uellit: atqꝫ ut uoluerit inserit uirtutes bonas. Ipsa quippe naturam etiā uincit. Nam terra quidem actionis nostre natura est. Huius ut diximus agricola uoluntas est: consiliarii autem atqꝫ magistri diuine sunt pagine. Docēt enim agricolam nostrum: quas consuetudies malas euellere: quas ue uirtutes bonas plātare atqꝫ excolere

debeat. Nã quantũlibet acutus ac uigilãs noster agricola fuerit: absq̧ diuinarũ scripturaꝝ magisterio obtusus atq̧ inualidus est. Porro diuinarũ litterarum eruditio itelligentiã illi uiresq̧ administrat: ac uirtutes bonas illis de suis surculis pstat: ut eas nature sue inserat ligno. Puta fidẽ bonã illi dat: quã infidelitati suæ: caritatẽq̧ quã odio: sciam quã ignorãtiæ: studiũq̧ quod negligentiæ postremo gloriã & laudẽ: quã ignobilitati iserat suæ. Immortalitatẽ itẽ mortalitati: diuinitatẽq̧ iserat humilitati suæ. Ceteꝝ si supbia elatus agricola noster magistꝝ atq̧ consiliariũ suũ deserere uoluerit: scripturas. s. sacras errabit uagus: cogitatiões q̧ malas & affectiões noxias incidet: cõgerẽsq̧ cõsuetudines malas atq̧ peruersas: iseret naturæ suæ: quæ sunt ab ea remotissima: uidelicet ifidelitatẽ: arrogantiã: odiũ: iuuidiam: supbiam: inanem gloriã: gulã: intemperantiã potus: cõtentionẽ: & alia plurima his silia. Vbi eni eruditorẽ ac legiferũ suũ dereliquerit: & ipẽ ab eo dereliquit. Quod si pœnitẽtia ductus reprehẽdat seipm: procidẽsq̧ legifero dicat: peccaui deserẽs te: cõtinuo legifer ad misericordiã flectitur eũq̧ clemẽtissime suscipit: illiq̧ denuo uires atq̧ itelligentiã suggerit: qua possit rursus naturæ suæ terrã opari: euellẽsq̧ ex ea cõsuetudines nequã: uirtutes illi præclaras & optimas illarũ uice inserẽdas tradit: coronisq̧ illũ præterea & laudibus donat: ut dũ naturaliter exurit abstineat sitiẽs toleret: cõcupiscẽtia pulsatus pudicitiã teneat: grauatus sõno: cõtendat ut uigilet: desidia dũ a diuinis auertit laudibus: aperiat os suũ: ad cõfitendũ & referẽdũ gloriam deo. Sic pfecto coronatur atq̧ laudatur: alterũ qm̃ uicit alterũ quia uirtutes acqsiuit. Sit igit illius benignitati gloria sit eius bonitati atq̧ miseratiõi laus atq̧ adoratio. Quis enĩ pater est ita misericors. Quis ita pater diligit filios: queãdmodum dilexit nos seruos suos dñs noster? Ecce nobis oĩa summa cũ munificentia præstat: dispõitq̧ cuncta magnifice. Aiarũ nr̃arum uulnera curat: cõtẽptusq̧ a nobis lõganimiter tolerat. Oẽs eni saluari cupit: desiderat sanari uniuersos. Vult nos oẽs regni sui heredes fieri: uult itẽ uolũtatẽ nr̃am atq̧ ppositũ a se laudari. Ipẽ morbos oẽs nr̃os graues atq̧ icurabiles sanat: cæteꝝ quæq̧ sunt leuiora ac faciliora ifirmitatis nostræ: ea uult nostra uolũtate curari: ut possit gloriã ab eius benignitate pmereri. Et curat quidẽ desidis uulnera: ut os suũ in gloriã ipsius bonitatis apiat. Remittit item peccatori peccata sua: ut eũ in alacritatem bonæ uoluntatis exsuscitet. Infirmũ celeriter exaudit ne pusillanimis effectus mærore deprimat. Porro magnanimis: & eis qui ipsius ianuã summa cõstãtia

Nima angustiis præssa:accedit ad te sancte domine: & cũ lachrymis iterpellat te:aduersus corruptorem inimicũ:& cũ humilitate ꝓcidit tibi:aduersus hostẽ te iplorás: contra uexantem se aduersarium:te depræcatur. Quoniam igitur cõstanter accedit: exaudi illã celeriter:quæ ad te sancta in probitate cõfugit:imo uero sũmo desiderii affectu. Visita illã diligẽter & protege. Si afflictã despicis periit:si angustiis præssam audire differas:deficit. Si illã tuis miserationibus uisites: inuenit͛ Si respicias in eã:salua efficitur. Si exaudias:roboratur. Emulare pro illa:qm̃ desponsa tibi est. Id quippe sibi Paulus apostolus: qui tibi illã despondebit:ait. Immortalis zelator es:ne despicias eam nequãdo arbitret͛ inimicus te illi libellũ repudii dedisse: atq͛ abs te dimisisse. Erudi me dñe propter miseratiões tuas: & ne tradas me i manus corruptoris. Ecce eni intellexi cogitatiões meas delõge:nec iuenio i me quippiã boni:quod i cõspectu tuo memorari possit:nisi hoc solũ:ꝙ præter te aliũ ignoro. Pelagus imẽsum ẽ curationũ tuaꝝ:largissima gratia:cũctisq͛ ad te uenietibus sanitatẽ præstas. Curant͛ sæpe uulnera mea miseratiõibus tuis: & denuo putrescũt propriæ desidiæ uitio. At nũc oblitus sũ medici i sanitate mea:& mei oblitus ẽ medicus in ifirmitate mea. Nã ꝙ molesta tibi sint peccata mea:&ꝙ misericordiã cõsecutus:te ad iracundiã dñe prouocem scio:ꝙq͛ castiges me ex immensa pietate tua: nõ ignoro:tanq̃ indulgẽtissima mater: quæ etsi irritatur ab ifantulo suo:non tamen ideo illũ spernere sustinet:qm̃ pietatis uisceribus uincitur. Si sic illa:quãto magis gratia tua. Ecce domine & auiculæ cuiuslibet uiscera sup pullis suis affatim effusa sunt: illosq͛ cũ tẽpus ẽ uisitat. & eis alimẽta defert:laboratq͛ ut illos enutriat. Et ipsa quippe superat͛ a uisceribus suis. Quod si muta quoq͛ animalia tãta pietate pollẽt:q̃to amplius absq͛ ulla cõpatione gratia tua pietatis uisceribus affluit:misereturq͛ oibus: qui ad se ueraciter ueniũt. En rursus aquaꝝ copia ornatus fõs:ideficiẽter emanãs:affati satians accedẽtes ad se:potũq͛ ubertim oibus præstans humana laude potit͛. Non ea laus est fontis:ꝙ gratis potũ oibus exhibet:sed ꝙ ipsius affluẽtiæ merito ipse laudaris. Liquet.n.qa per beneficiũ gratiæ tuæ:ille potũ large ministret. En imẽsum miserationũ tuaꝝ pelagus:fons iste signauit. Nã cælestes incorpore asq͛ uirtutes uberti nutris:hisq͛ qui i terra sũt:oia ꝓuida dispositiõe largiris. Cũq͛ nõ egeas laudibus:& creaturæ totius glorificatiõe cõcordi:gloriosus existis in substantia maiestatis tuæ:& i magnificentia gloriæ tuæ. Charitas tua nostræ salutis auida:seipam

inclinet ad nos: ut dñs glorificatur a nobis: & ipsa magnificemur &
nos: & laude & gloria per illã potiamur. Certus sum eni: qa cha-
ritas gratiæ tuæ expectat ac suscipit accedẽtẽ ad se. Tuq3 qui cun
cta prænoscis dñe: accedẽtis ad te cõspicis cor: & si penitus exuit
mundũ: & te perfecte desiderat: an.eq̃ pertingat ad ianuã aperis
ei: priusq̃ procidat: manũ illi piissime porrigis: anteq̃ lachrymas
effundat: miserationũ tuaꝝ super illũ copiã fundis: priusquã cõ-
fiteatur debita sua. indulgentiã præstas. Non illi exprobas dicẽs.
Vbi cõsumpsisti tẽpus tuũ. quõ ætatem peregisti. Nõ requiris cri
minũ q̃titatem: nõ i mediũ proferes quã te per suam irritarit negli
gentiã: nõ improperas q̃tum abusus sit beneficiis tuis. sed humilita
tem cordis placide suscipis. prioreq3 stolã afferri præcipis dicens.
Induite illũ: & mactate uitulũ saginatũ. Ad requiẽ atq3 lætitiã con
ueniãt angeli: iũgantq3 choreas atq3 cõgaudeant in iuentiõe per
diti filii: & in cõuersione prius errãtis heredis. Veluti negotiatorẽ
cũ opibus plurimis ad propria reuertentẽ: ita suscipit gratia tua:
redeũtẽ ad se ex tota aĩa sua peccatorẽ. Cupit eni aspicere lachry
mas: sititq3 pni am cernere: aggaudẽs pœnitentiũ studio. Osten-
de ergo & in me domine imensam pietatẽ tuã: & remitte mihi: ut
a pnitiosi seductoris nexibus liberer: qui ubi me uulnerauit: stãs
cominus irridet me. Ac sicuti perturbati i mari discipuli ad te ac
cesserũt: & per benedictã oris tui uocẽ sedata ẽ pcella uenti: & flu
ctuũ commotio trãquilla facta ẽ: ita exaudi lachrymas meas: q̃m
die ac nocte excitant te. Annos duodeci laborantes qui uideban
tur medici: fluxũ sanguinis curare nequiuerãt: doloremq3 potius
præstiterãt quã sanitatẽ: sed quæ illi nõ ualuerãt ipse curasti: reme
diaq3 sine labore ullo cõdonasti. Nam plena fidei mr̃ier latere se
putãs: clam ad uestimẽti tui se cõtulit fimbriã. Nõ sanctũ attigit
corpus: cæteꝝ uestis tuæ lacinia illi contulit sanitatẽ: euasitq3 libe
ra: medicis plurimis ea cura cõfusis. Libera quæso & afflictã aĩam
meã: ab exprobratione uexãtis me inimici: piissime medice. Ostẽ
de in mẽbris meis ingentem sapiam tuam: & incõtaminata con
serua. Sana animæ meæ uulnera: eisq3 impone uirtutũ decorem.
Prædicetur in me gratia tua. q̃m ipa eripuit me: o agne immacu
late: qui pro salute orbis occisus es: & per tuũ sanguinẽ pacifica-
sti cælum & terrã. Noli me obsecro ad te importune accedẽtem
abicere: neq3 m hĩ exprobrãs dixeris i die illa terribili & metuẽda
quid pro me passus sis: quando peccatoribus dices. An ignoratis
quid propter uos perpessus sum. Ego cũ essem inuisibilis. p uo-
bis carnẽ suscepi: sine crimine propter uos alapis cæsus sum: atq3

ita demũ crucifixus. Cũ irriderer: non maledixi. Ego dominus in
quẽ nullũ peccatũ cadere poterat: ꝑ uestris noxis atq; scæleribus
ista sustinui: uos pro me quid perpessi estis? Ad hæc nullus nostrũ
excusare se poterit. Sed memẽto domine: ꝙ hæc omnia propter
nimiam pietatẽ tuam atq; infinitã bonitatem nõ propter ulla me
rita nostra pro nobis pertulisti. Sicut enĩ pro nobis tunc traditus
es: bonus. sanctus: absq; peccato: ita nũc quoq; idem es domine:
neq;. n. mutari potest summa pietas tua quã habes per naturam
Nos aũt & tũc impii: & modo pctõres & contẽptores sumus. Mu-
nus quod nobis ꝑ tuam misericordiã donasti: ne quæsumus au-
feras a nobis. Nam si tũc quidẽ iustitia nostra liberasses nos: nũc
aũt quoniã peccauimus: iccirco irascereris & tolleres a nobis gra
tiã tuam: merito dicerẽ tũc propter iustitiã nostram liberasti nos:
nunc aũt quia peccauimus: auersus a nobis es. Verum ut dixi &
tũc impii fuimus: & modo peccatores sumus. Hoc ergo munus
quod donasti nobis per summã clementiã tuã: usq; i finẽ firmet
in nobis. Equidem dñe afflicto & attrito animo: iam annos pluri
mos clamo ad te: atq; aduersus hostẽ iterpello: illius undiq; telis
fatigatus. Vide domie & esto mihi refugiũ: illiusq; coerce prædo-
nes increpatiõe tua. Nã horis singulis mihi acriter iminẽt. Subre
pũt mihi: & non intelligo: attollũt inaniter: & non compũgor. Im
pediũt me: neq; te iterpellare sinũt. Sciunt enim quia si ad te cum
gemitu & lachrymis clamauero: subsistere nequeũt ante faciẽ tu-
am: tuoq; iussu ut fumus euanescũt. Heu quid facerem miser cui
cũ adeo infesto aduersario i dicta colluctatio est: nisi tua dulcissi-
me saluator protegerer dextera: qui & certaminũ spectator es: &
præmia uincẽtibus paras: q tamen nisi tua ope nõ uincerent: pro
pter imanissimi hostis artes inumeras: uiresq; nr̃æ ifirmitati for-
midabiles. Basiliscus qdem utrinq; noxius est: nam & aspectu no
cet: & morsu. At draco iste illo utraq; ex parte perniciosior est: dũ
& blande fallit: ac deuios errare cogit: & iprobe atq; ipudẽter un-
diq; perpetuis lacessit telis. Sed tua uirtus domine i draconẽ uer-
sa: dracones ægyptios deuoret. Increpa obsecro draconẽ istũ: qui
mihi sũma improbitate molit insidias. Atq; huiusmodi afflictio
quã infert nobis: dũ seducere nitit: thesaurum ingentẽ: secretissi-
mãq; beatitudinẽ subsistẽtibus operet. Nam istius qdem sæculi
gaudiũ: merore plenũ est. Quæ aũt secundũ deũ tristitia ẽ: gaudiũ
ineffabile: uitãq; æternã administrat. Infirmatus sum domine: &
indesinẽter infirmor: sed tua indeficiẽs gratia me uisitat: curatq;
infirmitatẽ meã. Horis itẽ singulis irritam feci & facio: mercedẽ

curationũ eius:oẽm quippe extimatiõnẽ precii excellũt curatio nes & remedia gratiæ tuæ: quæ tu gratis indulges: eaq; largiris præcio dũtaxat lachrymaꝝ. Da mihi etiã quæso p lachrymas re media animæ meæ promereri. Nempe eni omnibus pspicuũ est sæculũ istud harenæ esse simillimũ:ubi draco teterrimus atq; for tissimus aduersus oẽs pugnãs:a quibusdã uincitur atq; calcatur: Plurimos itẽ ipse supat atq; cõculcat. A plerisq; deicitur & irride- tur. Atq; alii qdem ex colluctatiõe ipsius coronant̃:alii per sedu- ctionẽ eius supantur. Et hi quidem per ipsius amaritudiaẽ:æter- næ uitæ cõsequũtur dulcedinẽ. Alii uero ipsius emoliti dulcedie blanditiisq; deliniti:amaritudinẽ & atrocitatẽ æterni cruciatus i- currunt. Alii dum nihil oĩno possidere in sæculo sustinent:ipm omni cum facilitate prosternũt. Alios uero terrenis rebus atq; oc cupationibus deuinctos:ipse psternit. His qui deũ toto affectu cõcupiscunt:ipsius pugna leuis ac nulla est. Eis uero qui mundo affecti affixiq; sunt:grauis atq; intolerabilis. Qui beati sunt:qui deũ ex toto corde dilexerunt:atq; ex dilectione eius contempse- rũt omnia:Beati item qui die ac nocte lachrymas fundũt:ut a uẽ tura ira liberent̃. Beati qui seipsos hic sponte sua humiliauerũt: quoniam illic exaltabunt̃ in gloria cælesti. Beati cõtinentes:quo niam ipsos delitiæ paradisi manent. Beati qui corpora sua spõte afflixeruut:in uigiliis atq; ieiuniis: quoniã cælestis illis exultatio parata ẽ. Beati q tẽpla sci spũs sponte facti sunt:quoniam ipsi ad dexterã statuent̃. Beati qui nihil sæculare possederũt: solãq; dei. charitatẽ i suis oronibus ãplexi sunt:qm ipsi amici dei uocabunt̃ Beati qui seipsos sæculo crucifixerũt:atq; in deo die ac nocte fuit ipsoꝝ meditatio. Beati qui præcinxerũt lumbos suos in ueritate: paratasq; habuerunt lampades suas:expectantes dominũ suum qñ reuerteretur a nuptiis. Beatus qui mẽtis oculis speculari i po- testate habuit:futura gaudia:perpetuosq; cruciatus:atq; omĩ stu dio cõtendit:illa cõsequi:istos euadere. Beatus qui deum iugiter ante oculos habet:extremãq; illã horam plenã horroris atq; for- midinis:ac deo dum tempus ẽ placere studet. Beatus qui i terris uitã angelicã uixit:ut cũ angelis in die illo tripudiet. Studeamus fratres supna tm̃ aspicere:superna intelligere:superna uersare ani mo:superna cogitare:superna memoria uoluere:superna medi- tari:supna sapere:superna loqui:superna operari:superna moliri per oĩa prorsus supna æmulari:cælestibusq; assuescere:& familia res fieri. Dedignemur obtutus ad iferiora cõuertere:ubi uolupta tes malæ:blãdæ: & noxiæ cõcupiscẽtiæ: inanis huius sæculi atq;

mortiferi:nr̃is prouectibus insidiant᷑:ac de summis ad ima detra here:& de gloria cælesti ad baratҽ tartari præcipitare nitunt᷑. De bemus in oĩbus cordis oculo sollerter inspicere:semperq̃ cauere: ne quid pulueris in pupillã oculi incidat:perturbetq̃ mẽtis aciẽ cogitatio aliqua ingrata deo ac dño nostro:& indigna nobis. Au- di quæso qui legis:& accipe quid cogitare debeamus: consilioq̃ meo acquiesce. Versemus ĩ animo iugiter angelos:cogitemus ar chãgelos:cogitemus uirtutes:lustremus animo dñationum glo- riã:cherubin atq̃ seraphin mẽte uoluamus:cogitemus nosmetip sos:cogitemus deũ & dñm oĩum:bonumq̃ dei nomẽ. Habemus ꝓph tas:habemus apl̃os:hẽmus sancta euangelia:diuinosq̃ ser- mones dñi nostri. Habemus martyres: hẽmus sãctos oẽs: hẽmus cõfessores:hẽmus sãctos pr̃es nr̃os:hẽmus patriarchas: hẽmus sa cerdotes:hẽmus cælos:& quæ ĩ eis sunt oĩa. In istis meditare sem- per:ista iugiter cogita:hæc prata lætissima mẽte perlustra: & eris filius pacis:quietis:ac luminis. Gratia domini & saluatoris nostri iesu christi:cui est gloria & imperium:nunc & semper:& per infi- nita sæcula sæculorum. Amen.

Incipit Sermo eiusdem de compunctione.

Ndultor bonoҽ oĩum fonsq̃ sanitatum:& thesaurus mi serationũ:tu solus es deus bonus:pius:atq̃ misericors: q̃ semper bona querentibus præstas. Et ego domine beni- gnissima remedia tua & dona optima experior iugiter: quæ mihi diebus singulis ipse largiris. Horum gratia te christe de us meus suppliciter dreprecor:atq̃ confidenter:ut me miserũ to- leres:ueniatq̃ super me iugiter gratia tua:quæ cor meũ dispsum: mentẽq̃ in plura distractã colligat:& sanet rursus occulta uulne. ra mea. Ecce enĩ distractiões & elationes:ac timores pleni isolẽtia ĩfelicis aĩæ meæ uulnera semp instaurãt:eaq̃ clã renouãt. Sed tu dñe clemens atq̃ longanimis:qui curas oĩa gratia & miserationi bus tuis:sana ut piissimus crebras infirmitates meas: ꝑpetuosq̃ lãguores. Ego enim dñe dignas tuis curatoĩbus uices atq̃ merce des reddere oĩo nequi. Nã remedia tua atq̃ fomẽta oẽm extima tioẽm precii excedũt. Nõ cælũ:nõ terra:precia pro merito curatio nũ tuaҽ persoluere possunt. Sũt aũt curatiões bonitatis tuæ:mul tæ misericordiæ tuæ. Precio taxari nequeũt medicamẽta cælestia ĩmortaliaq̃ & scã ræmedia:nullis thesauris uenire possũt. Cæteҽ solis ea lachrymis miserator ĩdulges:ac per gemitũ & cõpũctionẽ ea oĩbus cõdonas. Quis igitur nõ admiretur:quis non obstupe-

scat: quis tantā clemētiæ tuæ bonitatē nō benedicat: saluator animarū nrarum: q pro remediorū tuorū præmio: lachrymas nras dignaris accipe. O lachrymarū uirtus: quousq pertingis: quæ cælū ipm ingenti cum fiducia: nullo obice retardata: nullis impedita retinaculis penetras. O eximia lachrymarū uis: in cuius cōfidētia āgeli oēs cælestesq uirtutes semp exultant. O uirtus lachrymarū quæ si uolueris præuales: ante sanctū ac sublime soliū dni immaculati: cū gaudio cōfidenter assistere. O uis summa lachrymarū qūo i ictu oculi i cælos reuehis: ascēdis præpetibus sublata pēnis & a deo quæ postulaueris accipis. Occurrit tibi festinus ilariter: cūctisq petitiōibus annuit. Largire igitur mihi indigno famulo tuo dne diebus singulis lachrymas: & illumina cor meū atq corroboa: ut lachrymarū fontes dulciter ac iugiter fundēs: illustret in orōne mūda: ut ingens illud scelerū meorū chyrographū: deleat lachrymis paucis: ac fletu modico ardentis ignis extinguatur incendiū. Nam si hic defleā: illic iextinguibilē euadam ignē. Quia eni tuam dne lōganimitatē quotidie prouoco: āte oculos habeo & meā amaritudinē: & tuā miseratione. Vicit aūt tuæ benignitas patiētiæ: amaritudinē meā. Et aues eni cū grandi pietatis affectu enutriunt filios suos: & cū ab eis sæpe irritent: nunq tamen illos deserūt neq despiciūt: superant quippe pietatis affectu: Quod si aues quoq sic affluūt pietatis uisceribus: quāto magis gratia tua dne sanctis miserationibus trahitur ad miserendum: eis omibus qui te toto affectu cordis inquirūt. Mater itidem si a suo despiciatur infantulo: non tamen iccirco ut illum negligat inclinare cor poterit. Superat enim ac cedit maternis affectibus. Si autem & mater & nutrix: eodem quippe affectu ac prope pari dilectiōe alū nos amplectit: charitatis uisceribus sic cedunt: quanto copiosius gratia pietatis tuæ amator hominum domie: quotidie suis miserationibus uincit: ut misereatur & saluet omnes qui semp desiderant te. Quoniam igitur angustor a nequissimo hoste: qui me semper affligit: clamabo cū lachrymis die noctuq tuam iplorās clementiā: ut me ab ipsius eripiat bellis: ac perpetuis telis. Quis enim possit malignos hostes eorūq impetus perferre: artesq dinoscere: si eum domine gratiæ tuæ auxilium deserat horis singulis: cogitationibus: sermonibus: actibus: affligit animam meam: sed tua uis christe quæ fluctibus maris cohercuit: ipa illius rabiē increpet: ut superet a me seruo tuo: confususq diffugiat. Diebus eni singulis aduersum me renouar prælia: nouas molit artes: festinatq mentē meā captiuare: eāq a dulcissima & necessaria me

ditatione mandatorū tuorum amouere. Sed emitte dn̄e celeriter gratiā tuam: ut persequatur draconē hunc magnum: cum oībus sordibus: pessimisq; cogitationibus suis. Inducat te mi dn̄e parabola tua: qua dixisti iudicem quendā in ciuitate fuisse: qui neq; deū timebat: neq; hoiem reuerebatur omnino. In eadē uero ciuitate uiduam fuisse paupercula: quæ illū adibat diebus singl'is dicens. Vidica me iam de aduersario meo: & cum diu inclementer despexisset afflictā mulierē: præualuit tādem uiduæ: tolerātia: immitem licet atq; imisericordem: ad equitatē reuocare. Vidua iiuriam passa: iniquū & iclementē immanēq; iudicem adit: ut ipsam de suo aduersario uidicet: ego ad deum ac dominū meū accedo: pium: lōganimē: benignignissimū: ptātemq; habentem ī cælo & ī terra citius exaudiendi. Os diuinū sanctū: mentiriq; non nouit Deus bone piissimeq; redēptor: fac oro celeriter uidictam oīum in te sperātium: & ad te die noctuq; clamantium. Ne morā facias uindicādi me domine. Eripe me de inimico: atq; ad te dirige: ut illo superato per gratiam tuam: te solum benedicam: te solū glorificem: piissime ac misericordissime: qui uis omnes homies saluos fieri. Et quoniam uitæ meæ tempus deficit in uanitate: & cogitationibus turpibus. Largire mihi potentissimum medicamētum: ut plenissime curer ab occultis uulneribus meis: & conforta me: ut uel unam horam ī uinea tua prompte laborem. Peruenit enim iam ferme ad undecimam horam: uite meæ uanissime tēpus. Guberna ipse nauiculam negociationis meæ: mādatorum tuorum gubernaculis: & uili abiectoq; negociatori largire prudētiam: ut peragere prospere ualeat negociationem suam: donec tēpus habet idoneum. Nam & nauigationis iam finis aduenit: magnaq; imminet hyems. Et tempus me iam desidē aduocat: huc age dicens. Piger ostende lucra negociationis tuæ: totius retro temporis uitæ. Terret me miserū & hora mortis. Aspicio enī opa mea: & trepidat animus meus: exhorrescūtq; ossa mea: dū itueor d sid iam torporis mei. Venit ecce ante oculos separationis hora & ex eius consideratione nimium metuo: & qui gaudere debueram: potius timeo: quia digna gratia tua non feci opera. Est enī ingēs pauor mortis tempore: peccatoribus omnibus mihi similibus: sicuti contra ineffabile gaudium est dum anima separat' a corpore: oībus iustis: oībus sanctis: ac perfectis oībus monachis. Dolor item ē atq; tristitia illius separationis hora: imparatis atq; torpētibus: cū suam negligētiam recolunt: qua totum tēpus uitæ præteritæ in otio & somno uixerūt. Excruciatq; tūc acriter pœni

tētia & cordis dolor:eū qui dum uiueret salutē suā curare neglexit:adeo ut pœnitentiæ ipsius cruciatus:ipsum timorē mortis ac separationis excedat. Cōtra uero iusti:sancti: & itegri monachi ī ipsa hora suæ uocationis exultant:expositū oculis cernētes sudorem illū ingentē certaminis sui:uigiliaꝝ.s.orationū:ieiuniorum:lachrymaꝝ:ciliciorꝝ:& eiusmodi cæteroꝝ:triumphatq̃ illoꝝ anima gestiens ex laboribus erūnisq̃ præsentibus:ad requiē commigrare. Terribilis item ē mortis uicinia:peccatoribus laxeq̃ uiuētibus:quiq̃ nullū emēdationis uitæ studium habuerunt: in uita hac inani & plena miseriæ:uehemētissimaq̃ tristitia peccatorē occupabit:cum sibi migrandum erit ex corpore. Neq̃ enim qcquā tūc omnino loqui permittitur:siue deprecari: quippe diffinitum seuerissimūq̃ præceptū urget:nec patitur morā. Heu heu īfelix anima:cuius modo rei gratia:negligis uitam salutēq̃ tuam? Cur elata incedis: & marcescis otio:breue hoc tempus quod tibi ad pœnitētiæ remediū indultum est? Nescis quia subito erit uocatio tua? Quid oro illic actura es:si modo in negligentia uixeris? Ante tremendi iudicis tribunal:quid pro excusatione tua respondere poteris? Non intelligis miser:quomodo subrepit tibi inimicus? Quomodo tibi cælestes diuitias quotidie furatur ignoras? Resipisce quæso & euigila o anima:depræcatione intentissima cū lachrymis:dei opem implora in die belli: clama ad illum cū gemitu cordis:& continuo mittet ī auxilium tuū angelū misericordē: qui te ab omni belli periculo liberet:& ab oī confusione inimici. Sollicite præcaue:ne mortis tēpore in tristitiam & gemitū icidas: atq̃ in æternū inutiliter plangas. Tunc redibūt tibi oīa in mentē hora illa:dicesq̃ in temetipso: acriter dolens: atq̃ a fundo cordis īmugiēs. Ego ista quotidie reminiscebar:proponebāq̃ apud meipm dicens. Peragā profecto dies meos quibus ī terra sum: ut ultra non peccem:neq̃ a diuinis mādatis iterum excidā:sed cū alacritate multa:quæ illi placēt perficiā semp. Nunc aūt inanis inuenior:nullūq̃ prorsus boni operis meritū habeo. Redi ad teipsam o anima:certa iugiter:assidue time:desidera deū tuū:& obsequere illi in operibus bonis:ut cum hora mortis & separationis aduenerit:iueniat te ꝓmptam atq̃ paratā:cum ineffabili gaudio ꝑstolantē illam. Cōsidera o anima & diligenter examina conuersationem tuam:uocationēq̃ dei. Nāq̃ migrationis hora nō afficit aut angit liberū animū:terrenorum omnium exutum mole:sed affligit mors ignauum hominum:desidiaq̃ torpentē cōtristat & peccatorem:cōtristat remissum:cōtristat multa ex animi affectu pos

sidentem: qui aiam suam curis ac negotiis sæculi deuinxit. Contristat & diuitem: quia inuitum a sæculo separat. Contristat & patres: qm̄ eos a dulcibus liberis segregat. Contristat & fratres: quoniam abinuicem eos cū gemitu separat. Hi omnes mortis hora superueniēte tristantur: quoniam uitæ sæculiq3 negotiis ligati cōstrictiq3 tenent. Tu uero quare tristaris atq3 igemiscis o aīa libera sæculo sæculiq3 negotiis exuta. In libertatē uocata: semper libera permane: & uiā dei igenue perge: quæ sibi sunt placita ꝓmpte & alacriter exequens. Si adhereas deo ex toto corde: nō expauesces mortis horā: & migratio a corpore erit tibi igens gaudiū: iextimabilisq3 lætitia. Saluū me fac piissime dn̄e: salua me fili dei: q solus sine peccato es xp̄e: & da mihi saluator æterne uitæ iugē meditationē: ut nihil unq̄ in corde habeā præter meditationē istā: ut uoluntatē tuā faciā semp: cooperante mihi peccatori gratia tua: ꝓmptusq3 sim ad tua exequēda mādata: ut rite negociari possim ī pecunia quam ip̄e dedisti mihi rex cælestis: peractaq3 negotiatione in tuo agro saluator laudes consequi merear & abs te mi domīe: dicāq3 cum fiducia & gaudio: & mūdo corde dū ueneris. Beatus sum: quoniā uenisti domine: ut induas me ueste digna & nuptiis congrua: sponsi imortalis: quā acquisiui per gratiam tuā. Accendam & lāpadē quam mihi præstitit christe gratia & lōganimitas tua. Exeam cū gaudio in occursum tuū: laudans: & glorificans: & benedicēs cælestem sponsum: ut iustorum atq3 sanctoꝝ qui tibi placuerūt particeps fieri merear in sæcula sæculorum. Amen.

Incipit Sermo eiusdem de passione domini saluatoris.

O qui timeo: & narrationē plenam horroris: linguæ officio aggredi. Est eni reuera metus ingens: de passiōe domini saluatoris uerba facere: & tantæ rei idignitatem explicare temptare. Hodie namq3 dominus noster traditus ē in manus peccatorum. Cuius rei gratia est traditus sanctus: inocēs: cælestis dominus: ac sine peccato. Qui nihil peccauerat: hodie traditus ē. Venite fratres: discamus quare traditus sit christus saluator noster: propter nos ipsos dominus traditur. Quis non admiretur quis nō obstupescat. Peccātibus seruis dominus traditur. ut liberet a morte ꝓprios seruos qui ante peccauerāt. Perditiōis ac tenebrarum filii: in tenebris exierunt eum comprehendere: qui i ictu oculi poterat omnes exurere. Vidit illorum audaciā dominus: & uesanā iracundiā: seq3 ip̄m cū omni māsuetudine: spōte sua ipiorū tradidit manibus. Vinxerunt perditi imaculatū dominū illuserūtq3 ei qui alligauerat fortem isolubilibus nexibus: nosq3 a pctō-

rum nrorum uinculis soluerat. Texuerūt & coronam spinarum suarum: quas pro fructu tulerat uinea iudeorum. Illuserūt ei regem appellātes: cōspuerunt in faciē eius: cuius aspectum oēs cælorum uirtutes cōtremiscūt. En rursus āgustia dolor & lachrymæ cor me um occupant: dū considero dñm contumelias: probra: uerbera: sputa: tanta lenitate tolerantem. Venite discamus miserationum ipsius magnitudinē. Dulcis dñs seruū inutilem & incontinētem habuit in paradiso uoluptatis: hic aūt ubi peccauit tortoribus tra ditus est. Vidit pius dñs deficiētem inter flagella: & misericordia motus: ut seruū eximeret a pœna: semetipsum pro illo flagris ex posuit. Volebam hic finē facere ob nimii stuporis magnitudinē: sed rursū ueritus sum: ne per meū silentiū irritarem spūs gratiam. Paueo tñ fratres non dissimiliter dū ista pronūcio: tremuntq; oīa ossa mea: cū ea diligēti admota cōsideratiōe discutio. Ipse oīum cōditor deus noster & dñs: ante caypha hodie sistitur: quasi unus ex reis: unusq; ministrorū ei alapam dedit. Tremit cor meū hæc oīa cogitans. Sedet seruus: dominus stat: & qui plenus erat scæle ribus: cōtra insontē atq; ab omni peccati labe alienū sententiā di ctat. Cōtremuerūt cæli: fundamenta orbis terræ cōcussa sunt. Ex pauerūt angeli oēs atq; archāgeli: Gabriel & michael facies suas alis cōtexerūt. Cherubin tremētia sub rotis se obdiderūt. Seraphi illa hora alas adinuicē collisisse uisa sunt: cū daret minister iniqta tis alapam domio maiestatis. Quō igitur tulerūt fundamēta ter ræ motum atq; tremorē: cum hora illa cōtumeliis affici creatorē suū cernerēt: cogito ac tremore cōcutior: rursusq; cōpūgor: ītuens lenissimā tolerātiā benignissimi domini. Tremūt ecce renes mei dū loquor. Creator qui de puluere terræ hominē per gratiā finxe rat: a manibus quas ipse formauerat alapam accipit. Caueamus sollicite fratres: ne ista oīa simpliciter audiamus: quæ p nobis do minus pertulit: sed ea sollicite rumiemus: & iugi meditatiōe uol uamus. Dic minister infelix: dic serue neq: cuius rei gratia domi num alapis cædis? Serui quidē oēs cū liberi efficiunt: accipiūt ala pam: ut mortali libertate potiant. At ipse o infelix: cum sit omniū liberator: iniuste alapa ceditur. Quid putas mercedis accipere a caypha expectas pro huiusmodi alapa. Ergo ne nō audisti: ergo ne nō didicisti: quoniam filius est omniū domini. Alapam quidē dedisti omnium domino: sed seruus seruorum factus es in æter num: obprobrium & abhominatio omnium: æterno damnatus incēdio. Grande miraculum fratres: stuporis plenissimum est: cer nere xpi regis ac domini nri mansuetudinē. Palma cæsus a seruo

rationabiliter prudẽterq; respõdit:cũ omni mãsuetudine ac reuerentia. Seruus furit:dominus patitur. Irascitur seruus: dominus ĩ sua benignitate persistit. Indignationis aculeos: rixãq; tumultuãtis animi:ire maxime tẽpore quis cõtinet? Dñs noster hæc oĩa pertulit benignitate sua. Quis tuã o mitissime dñe patientiam:aut ferre:aut explicare possit? Huc accedite carissimi dilecti xpi:conpũctione simul & affectu sũmo redemptoris illecti. Venite cõsideremus pariter:quid hodie cõtigit in syon ciuitate Dauid:semen abrahe carũ atq; electũ:quod hodie gessit. Immaculatũ nẽpe dominũ tradidit morti. Hac die xp̃s saluator noster per iniquorum manus:iniustissime ligno crucis affixus est. Venite oẽs:& corpus nr̃m abluamus lachrymis atq; gemitibus: quia dominus noster & rex gloriæ:pro nobis ipiis morti est traditus. Siquis forte nostræ dilectissimi cuiuspiã atq; carissimi:audiat subito mortẽ: uel ip̃m dilectũ mortuũ ante oculos suos iacere repente cõspiciat:imutatur facie:eiusq; serenitas aspectus obnubit᷑. Ita & lucidus sol ex alto cæli axe:cõtumeliã dñi pendentis in cruce conspiciens:imutatus est facie:cõtraxit lucis suæ igneos radios: iniuriam domini uidere nõ sustinẽs:merore se uestiuit & tenebris. Ita & spiritus sãctus ex templo considerans dilectum iesum appensum in ligno ciucis:rupto honesto illo templi uelo a sũmo usq; deorsum:i columbæ speciæ cõtinuo exiuit de templo. Creatura omnis i metu ac tremore fuit:quando mortuus est saluator noster:cælestis rex: dominus maiestatis. Nos autem peccatores etiam contẽnimus semper:propter quos ille traditus est: qui solus sine peccato fuit. Ridemus quotidie audiẽtes passiones & contumelias domini & saluatoris nr̃i:diebusq; singulis delitias quærimus:oĩq; studio uestis curamus ornatũ. Sol ecce ꝓpter cõtumeliã domini: splendorẽ lucis suæ cõuertit in tenebras:ut nos uidentes ip̃m imitemur. Dominus tuus o ĩfelix pro te ĩ cruce cõtumeliis afficitur: & tu uestis mollitiem & ornamenta sectaris. Nõ tremit cor tuum:non mens tua exhorrescit hæc audiens. Qui solus sine peccato est:propter te impiæ traditur morti:iniurias:obprobria:uerbera patitur: ipse uero superbia tumidus audis hæc oĩa. At uero congruũ ac decẽs est:ut grex rationalis uniuersus:pastorẽ suũ iugiter ambiat: eũq; semp uidere desideret. Ita obsecro reueremini illũ. Nolite inanẽ cultũ ur̃m inqrere:nolite cibis lautioribus & delitiis sæculi: cõtra propositũ religiõis assuescere:sed ĩ omni exercitatiõe uestra pastorem uestrum semper intendite: ut ab eius uestigiis nusq̃ aberretis. Ne quæso imitatores iudeorum simus:ut populus durus:pfi-

dus: inobediens: & bona dei saluatorisq; beneficia irritās iugiter: Altissimus propter abraham fidelē famulū suū: pronumq; ipsius deuotiōis affectū: tulit ab initio duritiā ac perfidiā populi. Māna de cælo ad māducandū dedit eis: uerū ipsi cælesti cibo idigni: alia cōcupierūt: cibos plane male olentes. Aquā rursus ex petra: in deserto eis produxit: sed ipsi hoꝝ uice sibi acetum dederūt: suspēdentes i ligno. Curemus fratres ne iudeoꝝ participes iueniamur crucifigentes dñm creatorem nr̄m. Metuamus semper habentes ante oculos passiōes redēptoris nr̄i. Meditemur assidue pœnas ipsius atq; supplicia. Propter nos eni passus est impassibilis dñs. Pro nobis crucifixus est: qui solus sine peccatō fuit. Quid nos fratres ei reddere: quid tantis eius beneficiis retribuere unq̄ poterimus? Attendamus ergo nobis ipsis: ne passiones eius irritemus. Huc omnes ecclesiæ filii accedite: q sancto & p̄cioso sanguie imaculati agni redēpti estis. Venite meditemur passiones xp̄i: cū gemitu & lachrymis: atq; inter meditandū cōtremiscamus: dicētes adinuicem. Christus saluator noster p nobis peccatoribus morti traditus ē. Perpēde frater qdnā ē quod audisti. Deus sine pc̄tō altissimi filius: pro te traditus ē. Aperi cor tuū: cōsidera ipsius passiōes diligēter: & ista tecū tacitus uolue. Deus i quē peccatū cadere non pōt hodie traditus ē: hodie illusus: hodie cōsputus: hodie flagris cæsus: hodie percussus alapis ē: hodie coronā spineā tulit: hodie crucifixus est cælestis agnus. Cōtremiscat cor tuū: horreat anima tua: in hac iugi meditatione passionum domini tui: quotidie lachrymas funde. Dulces quippe nimium sunt eiusmodi lachrymæ: illustraturq; anima passiones christi iugiter uersans: huiusmodi sit semper meditatio tua. Lachrymare quotidie: grās referēs domino: pro his quæ pro te passus est: ut i die aduētus eius sint tibi lachrymæ tuæ gloria & exultatio: ante tribūal illud terribile iudicis. Affligere tu quoq; dū itēte cogitas quæ pro te ptulit pius ac mitissimus dominus. Tolera rēptationes: grās ex animo referēs. Beatus sane qui semper ante oculos habet cælestē dñm: & passiōes eius: quiq; seipm crucifixit mūdo: qui omibus uitiis terrenisq; negotiis mortuus est: qui imitator factus est dñi sui. Hæc sapiētia: hæc prudētia: hic affectus ē fideliū oio famuloꝝ: cū semper imitatores fiunt dñi sui: in operibus bonis. Aspicis o homo imaculatū dñm in cruce pendētem: & audes infelix in delitiis & risu peragere cursum quo uiuis i terra? An ignoras miser: q̄ is q crucifixus est dñs: de his oibus abs te exiget rōnem. Tu quidem nūc negligis: & contēnens rides: & passim delitiis solueris: sed ue

niet profectò dies illa terribilis: dies ultionis: cũ sine fine lugebis ac præ doloribus tuis: i igne perpetuo cum eiulatu proclamabis: neq; erit oĩo qui respõdeat: & misereat᷑ animæ tuæ. Adoro te domine: benedico te pie: præcor te sancte: tibi ꝓcido amator hoĩum dñe: te ĩmaculate glorifico: quoniã tu unigẽitus dominus oĩum qui solus sine peccato es: pro me ĩdigno & peccatore morti traditus es: & morti crucis. ut pc̃tõris aĩam liberares: & a peccati nexibus solueres. Quid tibi pro his oĩbus retribuam dñe? Gloria tibi piissime: gloria tibi misericordissime: gloria tibi longanimis: gloria tibi qui oĩa peccata remittis: gloria tibi qui descẽdisti saluare aĩas nostras. Gloria tibi qui te in utero uirginis nr̃a carne uestiti: gloria tibi qui pro nobis es natus: gloria tibi qui propter nos tentus es: gloria tibi qui uictus es: gloria tibi qui flagris cæsus es: gloria tibi qui consputus es: gloria tibi qui crucifixus es: gloria tibi qui sepultus es: gloria tibi qui resurrexisti die tertia: gl̃ia tibi qui prædicatus es: gloria tibi qui creditus es: gloria tibi q assumptus es in cælum: gloria tibi qui cũ gloria ingenti sedes ad dexterã patris: gloria tibi qui iterũ uẽturus es in gloria p̃ris & sanctoꝝ angeloꝝ: ad iudicandã oẽm aĩam: quæ irritas fecit scãs passiões tuas: in hora illa horrenda atq; terribili: quando uirtutes cæloꝝ mouebunt᷑ cum simul ueniẽt angeli: archangeli: cherubin: & seraphin cũ tremore magno ĩ cõspectum gloriæ suæ: cũ tremefacta quatiẽtur fundamẽta terræ: & spũs oĩs exhorrebit: præ inextimabili gloria imensæ maiestatis tuæ. In illa hora quæso operiat me manus tua sub alis suis: & liberet aĩam meã a sempiterno igne: & stridore dẽtium: & exterioribus tenebris: & perpetuo gemitu: ut ego te sanctũ dñm & redẽptorem nostrũ benedicens dicam. Gloria tibi domine: q me peccatorem per ĩmensas miseratiões benignissime pietatis tuæ saluare dignatus es. Qui cũ patre & spiritu sancto uiuis & regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Incipit Sermo eiusdem: ad eos qui filii naturã scrutari uolũt.

Ex cælestis: imortalis domius: filius unigenitus: dilectus patris: qui per gratiam suam potestate diuina hominem finxit ex terra: suæ pietatis miserationibus uictus ꝓpter ipsum hominem: quem formauerant sancte & immaculatæ ipsius manus: descẽdit de cælis: ut saluaret & curaret omnes: morbis uariis præssos. Cunctos quippe pernitiosis morbis infecerat inimici astus & operatio. Vnde & putredo secuta est grauis atq; ĩsanabilis: adeo ut uulnus ipsum nec prophetæ: nec sacerdotes san

re potuerit. Quapropter sanctus unigenitus filius: cum uidisset humanum genus in malis iacere ifirmũ: uolũtate patris de cælo descẽdit: & incarnatus in sanctæ uirginis utero: atq ex ea genitus sua uolũtate processit: ut curaret oẽs uariis lãguoribus fatigatos: gratia & miseratiõibus suis: utq morbos oẽs uerbo solo sanaret. Eripuit oẽs a suorũ uulnerũ fetido pure. Verum ipsi egroti põt beneficiũ curatõis acceptæ: dũ reddere medico gratias pro cura & sanitate deberẽt: ad hoc usq igratitudinis processerũt: ut medici naturã incõprehẽsibilẽ: nefaria curiositate rimari niterent. O pauẽdũ miraculũ: o iutiles reprobosq & ipios stultorũ mortaliũ conatus. Quis talia unq̃ audiuit? aut qs aspexit curata uulnera ãnis plurimis putrida: ipsum uero sanatũ: per summã uesaniã in medicũ fuisse cõtumeliosũ? Medici substantiã scrutaris ifelix? quia propter te assumpsit formã tuã medicus: ut te sanaret: iccirco ipsius naturã ĩpia temeritate rimaris? Audi quæ ego tuæ ĩmanitati & ĩpudẽtiæ loquor. Si scrutari pergas substantiã medici: curiositati tuæ nullus aditus: nullus trãsitus: nullus exitus patet. Quicũq. n. eiusce uestigatõis iter icedere nitit: cõtinuo uia illi ois obcludit: & ante se nihil nisi deserta loca & iuia cõspicit: nullã prorsus hñtia mãsionẽ aut requiẽ. Cũ igit in inuio mãsione & requie careas: quid facis miser? quo stulte pergis? Cur deserta horrẽda sectaris: quibus nulla ut diximus mãsio: nullus finis ẽ. Quorsum iprobe tẽdis. Pelagus ĩmẽsum atq ifinitũ ẽ: unigeniti filii diuina natiuitas. Quã uero stolidus ac temerarius es: si gleba pusilla ex puluere terræ cõpacta: tã uastũ pelagus huius uestigatõis penetrarĩ posse te putas. Quo euades miser. Quis unq̃ hoc uidit: quis audiuit: ut puluis modicus fragilis: i pelagus descẽderit: ad perscrutandum oẽ maris profundũ: qui leni flatu uentorũ ubiq dispergitur: substantiã non hñs neq uirtutẽ uentorũ: uel tenuissimo flatui resistendi. Natura ĩtẽ stipulæ uim ignis explorare pergit. Est. n. ignis cõburẽs: diuiæ naturæ uestigatio. Cur teipm ifelix horrẽdis flãmis exurẽdũ tradis. Dic mihi temerarie: qũo ĩ mẽte tua ipm effinxisti: creaturæ totius auctorẽ: infinitũ: gloriosũ: atq terribilẽ: cuius ab aspectu creatura ois liquescit: ut cera a facie ignis. Creatura ĩquã ois uisibilis & inuisibilis: ab aspectu illius in ictu oculi liquescit & deficit: & tu ĩpudẽs atq ĩprobe: magnũ atq terribilẽ: gloriosum & iextimabilẽ: ĩ tua demẽtia & temeritate cõpræhẽdisse tu putas. Ebrius effectus es miser: qui teipm ignoras: & naturã atq humilitatẽ tuã ipse o puluis uilissime: quo pacto creatus fueris nescis. Qui ergo teipsum ignoras: dominũ maiestatis terribilẽ & gloriosũ: quo sce

lere scrutari audes. Attēde o īfelix magos illos qui de remotis par tibus:ad adorandā nuper editi regis infantiā aduēerūt. Non illi regē inuenerūt ī purpura iacentē:nō diademate lucētibus gēmis intexto insignitum caput:sed infantem inuolutū uilibus pannis in præsepio repererūt:& cōtinuo apertis thesauris suis obtulerūt ei mūera:cū gaudio cordis. Vide excellētissimā magorū fidē. Of fendūt ī uili presepio iacentē regē cæleste sanctū:nuper pro salute totius orbis ī carne natū. Inueniūt inq̄ in præsepio:nec tñ ultra in quirere pergūt. Quid enim angusto præsepio uilius. Inter tot ui lia nullum regis indiciū cernentes magi:nihil de illius maiestate dubitāt:nihil pannoꝝ uilitate mouent̄:neq; geniti naturam cu riose rimant̄. Ipse aūt infelix:ad patris dexteram cōspicis unige nitū filium:omni subnixum maiestate regem:cōsedere patri atq; cū ipo laudari:& audes illū temere scrutari. Nō expauescis miser: non stulte terreris. Qui teipsum nescis:creatorē explorare præsu mis. Quis talē non execretur audaciam. Deus & dominus unige nitus patris:ī excelsis ad patris dexterā residet. Angeli:archangeli cherubin & seraphin:cū metu & tremore adstāt illi:præssis deor sum cū horrore reuerēter obtutibus. Cinis aūt ac puluis in terra sedēs:scrutatur opificem. Cherubin prope solium gloriæ:sub alis suis contegit faciem:neq; in illam maiestatē infigere lumia susti net:homo autem terrenus & luteus:qui seipsum & mortis suæ tē pus ignorat:dominum oīum conditorem perscrutatur. Audi mi ser:qui scrutaris dñm tuum:miranda quædam te enunciare pro mittis:de ipsius deitate:de unigenito dilecto patris. Qui ergo iui sibilem deitatē:gloriosam:incōprehēsibilem:te cernere in illo se creto suo ꝑcaciter asseris:pauca nobis prius explica de creaturæ ratione:& expone in tua sapientia & intelligentia ministroꝝ ordi nes qui coram deo iugiter adstant. Ostende nobis & exprime ac profer in lucem angelorum naturam:figuram cherubin:seraphī imaginē propriam:gabrielis faciem:ignē michaelis profecto fla grantem. Ministri deitatis & spiritus cum sint omnes:ignem quō uident. Lux nempe in circuitu est. Quo item ordine spūm ducit administrationis spūs. Flagrantis ignis ubi sunt oculi. Vbi nares ad requiem spiritus. Quænam ipsoꝝ staturæ sunt:erecte in spēm honestæ proceritatis:an globosæ atq; rotundæ. Tractabiles sunt an itractabiles. Hæc oīa loquere temerarie atq; furiose:ea expōe quæ nobis ignota sunt:quenā sint igneoꝝ spūm alæ:qui flammā tium pedes. Dic ut illi operiant suos igneos axes sub igneis alis. Quō item uelent faciem inter igneas alas:non ferentes intēdere

aciem in illũ imortalẽ ignẽ gloriæ domini. Si te ista superãt igno
rator ingrate: nec inextimabilis domini creaturas eloqui sufficis
creatorẽ ipsum qua temeritate circũscribere niteris. Dices eñi infe
lix: rerũ magnitudine superatus. Inuisibilis ẽ natura cõditõis ãge
licæ: in supernis imorant̃ deitatis ministri. Dic ãge uel ipa uisibi
lia: i his quoq; succũbes. Ignis certe datus ẽ nobis i usum atq; mi
nisteriũ: hunc igitur in os temere iniiciẽs: carbonem ardentẽ itre-
pidus mãde: ut auditores oẽs simul atq; spectatores certiores red
das posse te eloqui ipsius quoq; domini naturã opificis summi.
Sin hoc nequiueris: abscede temerarie loquax defle luge teipm.
Deserta eñi fide sancti cõditoris: quæ saluare oẽs potest qui p eã
saluari cupiunt: in perniciẽ tuam arma cœpisti: & exacuẽs gladiũ
spõte illũ infixisti i cor tuũ. Derelicta item patris gloria: curiosus
æterni opificis scrutator effectus es. Infelix aũt pfecto: miser atq;
ipudentissimus ẽ: qui scrutari cupit opificẽ suũ. Milia miliũ: & cẽ
ties milies millena milia angelorum & archãgelorũ: cũ horrore glo
rificãt: tremẽtes adorant. Et homines lutei pleni peccatis: de diui
nitate itrepide disserũt. Non illorum exhorrescit corpus: nõ contre
miscit animus: sed securi & garuli de christo dei filio: qui p me in
digno pctõre spõte passus ẽ: deq; ipsius utraq; generatiõe loquũ
tur. Nec saltẽ qđ i lucẽ cecutiãt sentiũt. Sẽper eñi ut lux clarissima
& igneũ solis iubar exsup ns micat natiuitas saluatoris. Dic mi-
hi infelix: si uoluerit cecus qui nunq̃ solis radios uiderit: cum ali
quo claris ornato lumibus: de sole isto uisib li eiusq; radiis loqui
dixeritq; cõtendẽs cecus ille a natiuitate: solẽ ipsum i sublimi regi
one cæli: extra suos rad os: & sine luce peragere cursum suũ: quis
fidẽ ceci uerbis accõmodare pateretur. Nõne potius cõgruũ erat
ut cecus de lumine audiẽs ab oculis pdito: crederet certissimaq;
fide teneret: soli semper adesse suos radios: ipsumq; nunq̃ sua lu
ce destitui: cũ hæc præsertim ut diximus ab his q cernerẽt ita esse
certa rõne probarent̃. Si uero cecus ille: quæ sibi dicunt̃ credere
renuat figurã solis i corde suo inumeris cogitatõibus fingit atq;
describit: cũ formam ueram insignire nõ ualeat: eo qđ lucentẽ solẽ
cũ radiis suis: corporeis oculis nunq̃ cernere potuit: neq; his qui
solẽ essent ituiti credere uoluit. Ita & nos oẽs nisi sanctis credere
uoluerimus prophetis & apostolis: de filio pr̃is unigenito loquẽ-
tibus: qđ s. hominem deus assumpsit: natusq; est ex uirgine de scõ
spũ: ceco etiam deteriores erimus. Sancti eñi illi prophetæ & apo
stoli uiderũt eũ: illi quidem spũ scõ: isti etiã uisione corpea. Nam
alius quidẽ in spũ scõ: filii ad homines aduentũ præuidit & præ-

cinit:alius conceptũ partũq; uirginis expressit:ipsiusq; nomen ap te signauit:hemanuel.i.nobiscũ deus noster. Alius cũ adhuc ute ro matris esset iclusus:ipsum dñm ad se uenientem spũ sancto af flatus agnouit:atq; intra matris uiscera magno cũ gaudio exulta tauit:ac ueluti in occursum pergere gestiens exiliuit in utero.Idẽ ipse denuo imaculatũ dñm corporeo aspexit intuitu: ipsumq; in iordane flumine baptizauit.Ipse item illũ intuitus cõfidenter ex clamauit:& dixit. Ecce agnus dei:ecce qui tollit peccata mũdi p grãm suam.Apostoli quoq; uiderũt illum corporalibus ocul':cer tissimeq; tradiderũt nobis: quæq; sibi ueraciter explorata erãt: q; uere nrm corpus acceperit:& queq; signa fecit atq; prodigia:præ sentibus testibusq; discipulis.Crucis quoq; patibulũ:eiusq; resur rectionẽ:ascensionẽq; ad patrẽ suũ:cõsessumq; ad patris dexterã Hæc oia sancti euãgelistæ ueraciter i scriptis fideliterq; reliqrunt ita ut nulla ex eorũ dictis dubitatio possit emergere. Cæterũ nos nisi his oibus fidem habere uelimus:ocl'is fidei ceci iuenimur:& unusquisq; nrm prout placitũ fuerit:iuxta suam insipientiã uen tilat cõceptionẽ:natiuitatemq; dominicã. En paratam ac tutam per diuinas litteras hẽmus uiam:uenite fideliter incedamus p eã Nã sine fide scire nemo põt ea oia quæ de dño nro & redẽptore mũdi scripta sunt.Sed tu si me audire uolueris crede:neq; ista cu riose scruteris.Audisti dilectissime:qa deus pater misit unigenitũ filiũ suũ ad salutẽ tuã:idubitata fide crede.Verax eni ẽ scũs deus. Audisti rursus quia unigenitus ipse carnẽ assũpsit ex sanctæ uirgi nis uero:cõceptusq; ex ipsa & spũ scõ:& natus ẽ.Certissimũ id ha beas i corde tuo:nihilq; oio ex his quæ quotidie scã de illo euan gelia loquunt':ãbigas:sed oia plenissima fide suscipias:aspiciens iugiter opera ipsa puris oculis fidei. Intuere dñm oculis cordis eũq; tota fide cõplectẽs:quocũq; prexerit sequere:& loca singula cũ eo perlustra:magno cordis affectu.Gaudeat aia tua cernẽs do minũ:per grãm suã curantẽ morbos oẽs:pellentẽ demões uerbo ac ptãte diuina.Ad nuptias quoq; chana cũ eo idiuiduus comes igredere: bibe de uino benedictionis eius.Immo uero cõtempla re decorẽ ac speciẽ domini:& nusquam a speculatione sci uultus atq; ab eius suauissimo aspectu aciẽ flectas.Præcede illũ rursus i desertũ locũ:intuere magnalia illius dũ panes i scis manibus cre scũt:ad pascẽdã numerosissimã turbã:perge frater:perge ex affe ctu animi:sequere xpm quocũq; prexerit. Si sic illũ sequaris atq; comiteris gressibus amoris ac fidei:non accedet ad te malũ:neq; appropinquabit iuxta te maliguus.Seqre illũ & ad nouissimã ce

nã:i qua & discipulis suis tradidit scã mysteria. Sapiēterq; cōside
ra quō lauat discipulorum pedes: atq; itra temetipm alta puræ fidei
cōsideratione permotus: atq; cū timore admirās dic. Deus oium
cōditor: qui finxit ex puluere hoiem per grām suam: ipse figmēti
sui abluit pedes. Ista tecū cogitans frater: glorifica & adora ipsius
infinitam bonitatē. Inspice itē diligēter: quō sumēs i manibus pa
nem benedicit ac frāgit: in figurā imaculati corporis sui: calicēq;
i figura præciosi sanguinis sui: benedicit & tribuit discipulis suis.
Et esto tu quoq; particeps sacramētorū eius: atq; inde descēdens
īgredere iniqui cayphæ atriū cū domino tuo. Persiste cōstāter ut
uideas cōtumelias quas pro te passus ē: iueniarisq; pfectus ama-
tor dñi tui. Sequere illum & ad crucis locum: adsiste tanq̄ seruus
dño tuo. Inspice quō ex latere ipsius sanguis manauit & aqua: in
redēptionē animæ tuæ frater: ac diligēter attēde: ubinā illum de
cruce depositū cōdūt. Mane pmo cū mulieribus ad eius tumulū
perge: respice reuolutū ab eo lapidē: uide & assistētes illic āgelos.
Ausculta qd angeli mulieribus dicūt. Surrexit dominus sicut di-
xit uobis. Hæc oia prudēter perfecte fideliter: idubitāterq; cōside
ra cūctaq; uera eē quæ gesta referunt cōstātissime crede. Nā nisi
fidei oculis hæc oia clare cōspicias: nō uales a terra i cælū eleuari
xpiq; passiones spiritaliter cernere. Nā fidei oculus cū i corde cu
iuspiā parēter ac liqde lucis istar effulserit: dei quoq; agnū since-
re intuet: q. p nobis occisus ē: & donauit nobis corpus suū sanctū
& imaculatū: ut eo ppetuo uescamur: sitq; nobis ipsius participa
tio i remissionē pctōrum. Siqs hūc fidei oculū possidet: parēter & lu
cide cōspicit dñm: atq; certa & plenissima fide agni imaclati uni
geniti filii cælestis pris corpus māducat: & sanguinē bibit: nequa
quā diuinā scāmq; fidē curiose pscrutans. Fides. n. dei ē: quæ ope
rat in nobis: & futura pspectat: fidesq; appellatur semp: non cu-
riositas. Credis dilectissime unigenito filio xpo iesu: q pro te su
per terrā sit natus i carne. Quid ergo scrutaris iscrutabilia. Si ista
curiose rimaris: nō iam fidelis uocaberis: sed curiosus. Esto fide-
lis: atq; inocēs. Participa imaculato corpori dñi tui fide plēissima
certus q agnum ipsum integre comedis. Ignis imortalis sunt my
steria christi. Noli ea temere scrutari: ne i ipsorum pticipatiōe cōbu
raris. Abrahā patriarcha cælestibus āgelis terrēos apposuit cibos
